dei volentis oꝛdinare culpam per penam . iſto modo accipiendo culpam concedo ꝙ deus abſoluit a culpa ꝛ ſacerdos ēt abſoluit a culpa: ꝛ nec̄io ↄcedēdū ē: qꝛ ē v̄a ꝛ pꝛopꝛia locutio. nā cū culpa ſic ſumpta cōtineat ſeptē p̄dicta: ↄtinet inter illa reatū a quo ꝑpꝛie qs abſoluiꝛ. immo a nullo alio niſi a reatu qs abſoluiꝛ: ideo a culpa vere ſic hō abſoluiꝛ: qꝛ culpa eſt ipſe reatus. ꝛ dico ꝙ deus abſoluit hoīem a culpa: qꝛ qn̄ infundit gr̄aʒ iuſtificando impiuʒ abſoluit a reatu moꝛtis eterne: q reatus iſto mō culpa dr̄. ideo a culpa abſoluiꝛ. ſacerdos quoqꝫ qlibet auc̄te clauium hoc mō abſoluit a culpa. ſ. a reatu pene tp̄alis. nā per auc̄tatē clauiū q̄dam pars pene debite tolliꝛ que tp̄aliter tolerāda manebat. ¶ Poſt hec vero ꝑcedēte magis tp̄e: doctoꝛes inuenerūt plures diſtinctiones in pctō: ꝛ ponunt octo que nos. s̄. enarrauimus. ꝛ iſta octo nō ſunt a nobis nouiter excogitata vel adinuenta ſicut qdam maligni ꝛ impiti calūniabātur: ſʒ oīa p ipſos veteres ꝛ modernos: ꝛ potiſſime p ſctm̄ Thom̄. in diuerſis locis diſpſe poſita ſunt vt patuit. s̄. allegando de ſingulis eoꝝ. ¶ Hoc mō accipiendo ſtricte culpā diſtinctā ↄ cetera ſeptē: nō ē verū ꝙ hō abſoluitur a culpa. immo nō eſt poſſibile: ſed includit cōtradictionē. ꝛ ſic eſt verū ꝙ deus nō abſoluit a culpa nec aliqs ſacerdos abſoluere pōt. ¶ In hoc aūt nemo turbetur de his q ad pauca aduertunt vel modis loquēdi groſſis deditī ſunt. ꝛ pꝛo hoc ſciat ꝙ ego non pono aliquid manere in pctō vel de pcō qd̄ nō tollaꝛ per deuʒ vel ſacerdotē vel penitentē: aut per ſe eſſe ceſſet. qꝛ alſ quocūqꝫ de oībus octo. s̄. noīatis manēte nō poſſet hō cōſequi vitā eternā. ꝛ tn̄ multos firmiſſime credimus aſſecutos fuiſſe vitā eternā: ꝛ plures quotidie aſſeq. in qua ſpe ꝛ nos viuimus. ꝛ tn̄ nō eſt neceſſe ꝙ ſi nihil de pctō manere debet ꝙ ab oībus que in pctō ſunt homo abſolui debeat: qꝛ q̄dam ſunt quoꝝ ↄditioni repugnat ꝙ hō ab eis abſoluaꝛ: ſʒ tolli pn̄t vel ceſſare p ſe. ꝛ cuʒ dicimus ꝙ deus nō abſoluit a culpa iſto mō: nō eſt putandū ꝙ deus nō poſſit abſoluere: q̄ſi ad hoc deficiat ei ptās cū tn̄ infinita poſſit. potiſſime qꝛ ſi culpa aliqd eſſet a quo hō abſolui poſſit aut deberet: nihil facilius erat q̄ꝫ ꝙ deus ab illa abſolueret: vel illā tolleret. cū. n. qlibet poſſit dimitere oīa q̄ cōtra eū facta ſunt: poterit deus a foꝛtioꝛi culpā ꝛ oīa q̄ cōtra ipſum facta eēnt tollere . Nec ēt eſt putādū ꝙ de⁹ a culpa abſoluere poſſit ꝛ nolit: qꝛ tūc maneret culpa ligans hoīem: ꝛ ſic nō poſſemus hr̄e vnq̄ꝫ vitā eternā. ſed dr̄ ꝙ deus nō abſoluit a culpa. ſ. qꝛ ipſa culpa nō eſt aliqd de quo hō abſolui poſſit vel debeat. ſicut eſt veꝝ ꝙ deus nō poteſt abſoluere lapides de pctō. nō qdem quaſi deus nō hēat ptātem ad abſoluendū qcqd abſolui pōt: ſʒ qꝛ lapis nō pōt abſolui: nec hʒ aliqd de quo abſoluaꝛ. ¶ Cā aūt quaꝛ a culpa nemo pōt abſolui ē duplex. p̄ma ē qꝛ nō pōt qs abſolui niſi ab eo qd̄ eſt. nā ridiculū eſſet dici ꝙ abſolueretur hō ab eo qd̄ nihil oīno eſt: qꝛ tūc nihil magis eēt abſoluere q̄ꝫ non abſoluere. culpa tn̄ non manet eo tp̄e quo abſolutio fit: ergo ab ea nemo pōt abſolui. pʒ hoc qꝛ abſolutio fit p deum ꝛ fit p ſacerdotē: ꝛ tn̄ culpa p̄us deſijt eſſe q̄ꝫ aliqua iſtaꝝ abſolutionū fiat. pʒ qꝛ deus dr̄ abſoluere hoīem a pctō qn̄ cōuertiꝛ p cōtritionē ꝛ de⁹ infundit ei gr̄aʒ iuſtificantem. tūc. n. non manet culpa: ſʒ iam deſijt eſſe: cū culpa nō ſit niſi p̄uatio circūſtātiaꝝ debitaꝝ ineē in actu: ſiue deoꝛdinatio q̄dam vt. s̄. dcm̄ eſt. ꝛ iſta p̄uatio fundaꝛ in actu poſitiuo tanq̄ꝫ in ſubiecto ꝑpꝛio: ſicut cecitas in oculo . ideo impoſſibile eſt ꝙ maneat iſta pꝛiuatio qn̄ nō manet actus pcti. vn̄ culpa ſolū manet actualiter quādiu manet actus. illo aūt ceſſante: culpa iam nihil eſt. ſ. nec ens pꝛiuatiuū: nec poſitiuum. ꝛ tn̄ qn̄ deus abſoluit p contritionē iam nō eſt actus pcti: ſed trāſiuit ꝛ poſtea hō dolet de illo. ꝛ ſic qn̄ deus abſoluit hoīem a pctō iam nō manet culpa: ergo nō pōt hō abſolui de culpa. pʒ aſſumptū. qꝛ culpa ꝑp̄e ſumpta nō eſt niſi illa pꝛiuatio circūſtantiaꝝ vt. s̄. diximus. ꝛ hoc tenet ſctūs Tho. 2. ſen. di. 35. arti. 1. in ſolutione tertij arg. cum ait. malū culpe ↄſiſtit in defectu actus ſm ꝙ deficit a debito fine: vel debitis circūſtantijs. idē pʒ p ſctm̄ Tho. 3. parte ſūme. q. 86. arti. 4. in ſolutione p̄mi arg. cū ait. dōm ꝙ culpa moꝛtalis hʒ auerſionē a deo: ꝛ cōuerſionē ad bonū cōmutabile. ꝛ tamē auerſio ꝛ cōuerſio ſunt ipſa p̄uatio debitaꝝ circunſtantiaꝝ. ſ. inquantū hō auertiꝛ ab eo a quo nō debet auerti. ſ. a deo: ꝛ ↄuertiꝛ ad id ad qd̄ non debet cōuerti. ſ. ad bonū cōmutabile. Qꝛ aūt culpa nō māeat tp̄e quo de⁹ hoīem abſoluit: pʒ qꝛ deus abſoluit hoīem qn̄ infundit gr̄am iuſtificantē p quā tolliꝛ macula vt ait ſcūs Tho. p̄ma ſcd̄e. q. 86. arti. 2. in coꝛpoꝛe. ꝛ ſic anteq̄ꝫ deus maculā tollat nihil facit de remiſſione pctōꝝ vel abſolutione: cum deus ibi nihil faciat niſi p gr̄am. ꝛ tn̄ qn̄ macula tolliꝛ culpa iam nō eſt: ſʒ eē ceſſauit. ergo circa culpam deus nihil agit. pʒ hoc p ſctm̄ Tho. p̄ma ſcd̄e. q. 87. arti. 6. in coꝛpoꝛe cū ait. dōm ꝙ in pctō duo cōſiderari pn̄t. ſ. actus culpe ꝛ macula ſequēs. ꝛ ſic poſt culpā eſt macula: ꝛ nō manent ambo ſimul. ideʒ pʒ clarius in coꝛpoꝛe eiuſdē articuli: cum ait. vn̄ macula pcti ab hoīe tolli nō pōt : niſi volūtas hoīs oꝛdinem diuine iuſtitie acceptet: vt. ſ. vel ipſe penā ſibi ſpontaneus aſſumat in recōpenſatione culpe p̄terite ꝛc̄. ꝛ ſic pʒ ꝙ culpa iā p̄terita eſt qn̄ macula tolliꝛ: ꝛ macula tollitur per gr̄am: ꝛ ante gr̄am nihil deus operaꝛ in hoīe penitente: cuʒ per gr̄am ei pctm̄ remittaꝛ: ꝛ ante gr̄am nihil ſit remiſſuʒ. ergo ad culpā tollendā deus nihil operaꝛ: ſʒ ante operationē eius ipſa eē ceſſat. ergo deus nō abſoluit a culpa. ¶ De ſacerdotib⁹ aūt ꝙ nō abſoluāt a culpa ē magis clarum: quia abſolutio ſacerdotalis eſt poſt abſolutionē dei. ſ. poſtq̄ꝫ hō doluit de pctō ꝛ ↄfeſſus eſt illud. ꝛ tn̄ deus nō abſoluit a culpa vt dcm̄ eſt: qꝛ illa eē deſinit anteq̄ꝫ deus abſoluat hoīem a pctō. ergo a foꝛtioꝛi ſacerdotes ab illa abſoluere nō poterāt. hoc qdem nō ex defectu ptātis clauiū: ſʒ qꝛ culpa iā eſſe deſinit: ꝛ claues nō pn̄t hr̄e actū ſuū ſup nō ens ſimplr̄: ſʒ ſup ens aliquo mō. iſtā quoqꝫ ſniam tenet ſcūs Tho. 4. ſen. di. 14. q. 1. arti. 6. nā cū arguit ꝙ pnia non poſſit eſſe de pctis qꝛ p̄terita ſunt. reſpondet in ſolutione tertij arg . ꝙ ſit pnia de eo qd̄ pn̄s eſt: qꝛ q̄uis pctm̄ ſit p̄teritū quantū ad actū: tn̄ quantū ad effectū: vel reatus vel macule vel offenſe diuine manet. ¶ Si ergo hō nō penitet de p̄terito ſʒ de pn̄ti: ēt ꝛ a foꝛtioꝛi nō abſolueꝛ de p̄terito : ſʒ de eo qd̄ manet. ēt ex ipſa lr̄a ſcti Tho. apparet ꝙ qn̄ facimus vel facere poſſumus pniaʒ de pctō nō manet culpa: qꝛ ipſe enarrat ibi ea q̄ de pctō manent: ꝛ inter illa nō ponit culpā: ſʒ ſolū maculā: offenſam ꝛ reatū. ꝛ dixit ꝙ poſt actū pci iſta manebāt. in quo innuit ꝙ culpa nō manet poſt actū pcti: ſʒ cū actu eē deſinit: qꝛ fundaꝛ in eo ſicut accidēs p̄uatiuū in eo cuius eſt. ¶ Et hoc mō nō ſolū abſoluiꝛ qs a culpa: ſʒ ēt nō remittiꝛ culpa: nec deleꝛ: nec tolliꝛ: nec dimittiꝛ: nec auferꝛ: qꝛ iſtud fieret p deuʒ vel p ſacerdotē: qꝛ nullus alius ibi operaꝛ. ꝛ tn̄ culpa deſinit eſſe anteq̄ꝫ deus aliqd operetur circa peccatoꝛē qui conuertiꝛ ꝛ anteq̄ꝫ ſacerdos operetur vt. s̄. ꝓbatū eſt. ergo nec tollitur nec dimittiꝛ: nec aufertur p deū aut ſacerdotē: ſʒ ipſa eſſe ceſſat ante operationē iſtoꝝ. qūo āt ſctūs Tho. dicat ſepe culpā remitti a deo: diceꝛ. j. ¶ Scd̄a rō quare a culpa nemo abſolui pōt: eſt qꝛ ſoluere vel abſoluere dicit ſm ꝑpꝛiā rōnem tollere vinculū. ſʒ ipſa culpa nō dicit rōnem vinculi: ſʒ potius pꝛiuationē quādā. ergo a culpa nemo abſoluiꝛ. iō ēt ſi culpa maneret poſt actū pcti qn̄ deus infundit homini gr̄am nō abſolueretur hō a culpa: ſʒ remitteretur vel tolleretur. ſicut dicimus de offenſa ꝛ macula que manēt. Prima pars pʒ: qꝛ ſoluere vel abſoluere ꝛ ligare opponuntur Mat. 18. quodcūqꝫ ſolueritis ſup terram erit ſolutū: ꝛ quodcūqꝫ ligaueritis erit ligatū. idem Mat. 16. ꝛ tn̄ ligare eſt ponere vinculū: ergo ſoluere vel abſoluere eſt tollere vinculū. idem pʒ Tobie. 3. ſ. peto dn̄e vt de vinculo impꝛoperij huius abſoluas me . ꝛ ſic dr̄ hō abſolui de pctis inquantū pctā nr̄a ſunt q̄dam vincula: vel in eis ſunt aliq̄ vincula. ſic pʒ Prouer. 5. ſ. iniqtates ſue capiunt impiū: ꝛ funiculo pctōꝝ ſuoꝝ quiſqꝫ cōſtringiꝛ. eadē eſt ſnia Magr̄i. 4. ſen. di. 18. c. 1. ſ. video quo vinculo eū ligat. ſ. tp̄alis pene: ſed nō video a quo eū abſoluat. ſ. vinculo: ꝛ iō q̄ro. ante penitudinem qppe coꝛdis aīa reat⁹ maculā hʒ ꝛ fetoꝛē pcti: atqꝫ eterne vltiōis vīculo ligata exiſtit. idē tenʒ ſcūs Tho. 3. p̄te ſūme. q. 84. arti. 3. i coꝛpe cū ait. ſacr̄m pnie nō ↄſiſtit i

cōſecratione

O
Abſoluit de⁹ cū infundit gr̄aʒ iuſtificantem.

P
Abſolō ſac̄dotalis ē p⁹ abſolōnē dei: ḡ ſi deus nō abſoluit a culpa nec ſacerdos.

Q
Abſolō n̄ ſe extēdit ad culpaʒ qꝛ abſolō ē a vinculo culpa non eſt vinculum.

R
Abſoluere ꝛ ligaꝛ oppoſita ſūt ideo vtraqꝫ reſpectu vinculi.

conſecratione alicuius materie:nec in vſu alicuius ⁊c̄. ſed magis in remotione alicuius materie.ſ.pcti: prout pctā dn̄r eſſe materia pnie.talis autem remotio pctōꝝ ſignatur a ſacerdote cum dicitur. ego te abſoluo. nam pctā ſunt q̄daꝫ vincula ſm illud Prouer.5. iniqtates ſue capiūt impiū: ⁊ funibus pctōꝝ ſuoꝝ qſqꝫ cōſtringit.

S
Culpa dic̄ rōneꝫ priuationis non vinculi.

¶ Scđa pars.ſ.φ culpa nō dicat aliqđ vinculū:pꝫ qꝛ culpa dic̄ p̄uationē circūſtātiaꝝ debitaꝝ ieē vt.ſ̄. dcm̄ eſt.dic̄ ergo rōnem p̄uationis:⁊ nō rōnem vinculi:maxime qꝛ p̄uatio nō ē enſ poſitiuū ſꝫ p̄uatiuū.vinculū āt eſt ens poſitiuū:ſiue ſit ens reale:ſiue ſit ens rōnis.iō a culpa nō poſſꝫ qs abſolui:ēt ſi illa maneret tp̄e quo hō abſoluit̄ a deo de pctō vt dictuꝫ ē.

T
Vinculū ē poſitiuum ſiue reale ſiue rationis.

¶ De pena ēt dōm φ nō pōt qs abſolui a pena pp̄ duas rōnes.ſ̄. poſitas de culpa: q̄ q̄ſi pene cōueniūt.De p̄ma pꝫ.nā dicebam⁹ de culpa φ nemo ab ea abſolui pōt qꝛ illa iam nō ē qn̄ deus aut ſacerdos hoīem abſoluit : ſꝫ p̄teriit.eōrio de pena dicetur.ſ. φ hō nō poſſit abſolui ab illa : qꝛ qn̄ a deo aut a ſacerdote abſoluit̄:pena nōdū eſt nec eterna nec tp̄alis.abſolutio tn̄ non ſit de eo qđ nihil oīno eſt.

V
Abſolutio nō eſt a pena tp̄ali vel eterna qꝛ neutra eſt ⁊ qꝛ neutra ē vinculum.

¶ De ſcđa rōne pꝫ : qꝛ ſicut nō pōt qs abſolui a culpa qꝛ illa nō dic̄ rōnē vinculi:ita nec poterit abſolui a pena: qꝛ pena nō dic̄ rōneꝫ vinculi nec pena eſt vinculū. ſꝫ ad penā eſt vinculū.ſ. obligatio q̄dam ad tolerandū eam. Solus āt reatus in pcō eſt a quo abſoluit̄:qꝛ iſti cōpetūt due cōditiones nec̄ie de abſolutione.ſ. φ maneat eo tp̄e quo deus vel ſacerdos abſoluit: ⁊ φ dicat rōnē vinculi.p̄mum pꝫ qꝛ reatus manet qn̄ hō penitet de pctō vt ait ſctūs Tho.4.ſen di.14.q.1.arti.6.in ſolutiōe tertij arg.nūc ſic manet qn̄ deus hoīeꝫ abſoluit : ⁊ ab ipſo reatu.ſ.mortis eterne deus abſoluit proprie. manet etiā reatus tp̄e quo ſacerdos abſoluit qꝛ manet reat⁹ pene tp̄alis:⁊ a p̄te illius abſoluit ſacerdos vt ait ſctūs Tho.2.ſen.di.42.arti.2. et p̄ma ſcđe.q.87.arti.6.⁊ tertia parte ſūme.q.86.arti.4.et.5.per totū.

X
Abſolutō ē ſoli⁹ reatus.

Y
Abſoluit deus a reatu pene et̄ne ſacerdoſ a reatu pene tēporalis.

Scđꝫ pꝫ qꝛ reatus ꝓprie dic̄ rōnem vinculi:cū nihil aliud ſit reatuſ niſi obligatio ad penā vt ſctūs Thom̄.2.ſen.di.42.arti.2.in corpore ⁊ in.2.arti.

Z
Reatus quid ſit.

¶ In ōriūꝫ:obligatio aūt eſt vinculū: qꝛ obligatō eſt magna vel talis ligatio ⁊ a ligādo dr̄. Itē qꝛ vt ait ſctūs Tho.3.parte ſūme.q.84.arti.3.in corpore. a pctis dr̄ hō abſolui inquātum pctā ſunt q̄dam vincula. ⁊ tn̄ in oībus q̄ ſunt in pctō.ſ. octo.ſ̄. enarratis nihil eſt qđ habeat vel dicat rōnem vinculi niſi reatus.iō ab eo ſolo hō abſoluit̄:ſiue a deo ſiue a ſacerdote.

AA
Reatus quid ſit iuxta magiſtruꝫ.

¶ Iſtū moduꝫ loquēdi ſuat ſemper Magr̄.4.ſē.di.18.nā cū loquat̄ de diuerſis q̄ ſunt in pctō:nūq̄ꝫ de aliquo eoꝝ dicit φ hō ab illo abſoluatur niſi de debito mortis eterne. nam de hoc dicit ligare ⁊ ſoluere. ⁊ tn̄ debitū mortis eterne nihil aliud eſt q̄ꝫ reatus vel vinculū.ſic etiam ipſe dicit vocans eum vinculum eterne mortis.pꝫ cū dr̄.ante penitudinē qppe cordis aīa reatus maculā hꝫ ⁊ fetorem pcti: atqꝫ eterne vltiōiſ vinculo ligata exiſtit. ⁊ iteꝝ.ea.di.c.2.dr̄:vt maculam abſtergat vel debitū eterne mortiſ ſoluere valeat. ⁊ iteꝝ ibidē.ſ.cum pctōꝛ ligatus teneat̄ mentis contagione ⁊ d̄bito eterne pene:alteꝝ curari p̱ deū:alteꝝ ſolui p̱ ſacerdotē.ſ.debitū ſolui:vel abſolui aliquē ab eo. ⁊ iterū ibi.ſ. debitū v̄o pene eterne ſoluere cōceſſit ſacerdotibus. ⁊ hoc ſepe dic̄. de alijs aūt q̄ ſunt in pctō. ſ. macula:offenſa:tenebriſ:nō dic̄ ſoluere vel abſolue̾:ſꝫ purgar̄:emūdare:tollere: ⁊ remittere. ⁊ ſic abſolutō de ſolo reatu dr̄.

¶ Sꝫ obiicieſ φ ſepe dn̄t doctoreſ aliq: vel ſaltē vulgares φ abſoluat deus hoīem a culpa vel ſacerdos.

BB
Abſolutio a culpa qūo pōt ꝯcedi

¶ Dōm φ ſi ꝓprie cōſidere̾ ſignificatio horum terminoꝝ.ſ.abſoluere a culpa:nō dꝫ vllo mō concedi φ a culpa qs abſoluat̄.ſꝫ illi q̱ large accipiūt iſtoſ terminos cōcedūt.iō ſctūs Tho. q̄ſi nunq̄ꝫ dicit φ abſoluatur hō a culpa:vel φ deus abſoluat hoīem a culpa:ſꝫ φ culpa remittat̄ p̱ deū vt pꝫ p̱ htūꝫ Tho.3.parte ſūme.q.86.arti.4.et.5.et.6. per totum ⁊ in alijs locis.

CC
Malum duplex pene ⁊ culpe ſ̄l:⁊ culpe diuiſio:qđ ē equocum ad ſepte excepto actu peccandi.

¶ Dōm tn̄ φ aliq cōcedūt φ hō abſoluit̄ a culpa ſꝫ φ culpa equoce ſumit̄.nā vno mō accipit̄ culpa pro toto qđ eſt in pctō preter penā.eo mō quo malum humanū diſtinguit̄ ſufficiēter p̱ penā ⁊ culpā vt ait ſctūs Tho.2.ſen.di.35.arti.1.in corpore. ⁊ ſic culpa includit ſeptē q̄ ſunt in pctō.ſ.actū:culpā:offenſam:maculā:tenebraſ: reatū: ⁊ ꝓnitatē ad malū. ⁊ tūc ſimplr̄ cōcedendū eſt φ hō abſoluit̄ a culpa p̱ deū ⁊ p̱ ſacerdotē:qꝛ in culpa ſic ſumpta aliqd includit̄ a quo hō ꝓprie abſoluit̄.ſ. reatus. Et hoc mō ēt dicimus φ hō abſoluit̄ a pctō. qꝛ lꝫ nō abſoluat̄ ab oībus q̄ ſunt in pctō:abſoluitur ab aliquo qđ eſt in pctō. ⁊ eſt iſtud imp̱fectio abſolutionis: qꝛ p̱fecta abſolutio eſt qn̄ hō abſoluit̄ ab oībus q̱bus tenebat̄ ligatus: ⁊ tn̄ in pctō lꝫ multa ſint non tenet̄ hō ligatus oībus:ſꝫ ſolū eſt formalr̄ ligatuſ p̱ reatuꝫ:qꝛ ipſe eſt obligatio q̄dā vt ſepe dcm̄ ē.iō abſolui ab illo eſt p̱fecta abſolutio.

DD
Pctm̄ nō eſt vinculū niſi vt includit reatuꝫ ſic nec culpa.

¶ Alio mō pōt dici φ dr̄ hō abſolui a culpa:ita φ culpa accipiat̄ nō ꝓ culpa ꝓprie dicta:ſꝫ ꝓ macula ⁊ ꝓ reatu. ⁊ ſatis ꝓprie dr̄ qꝛ ſaltem ipſi reatui cōueniat φ ab eo hō abſoluat̄.ſic expōit Magr̄ iſtā ꝓpoſitionē vel dictū.ſ. abſolui a culpa.4.ſen.di.18.c.2. cū dicit. ſed querit̄ vtrū a pctō abſoluere valeat ſacerdos.i.a culpa: vt culpe maculā abſtergat vel debitum eterne mortis ſoluere valeat. ⁊ iſto mō ego quoqꝫ concedo abſolui hoīem a culpa. ſꝫ nō eſt culpa ꝓprie dicta ipſa a qua abſoluit̄ hic.

¶ Aliter pōt dici φ abſoluat̄ qs a culpa:accipiēdo culpā pro ſolo reatu a quo ꝓprie hō abſoluit̄. ⁊ qꝛ cōſueuerunt doctores accipere culpā pro reatu ⁊ eōrio: cōcedunt hoīem abſolui a culpa.i. a reatu.pꝫ hoc p̱ Magr̄m.2.ſen.di.42.cū dic̄.reatus aūt multipliciter in ſcriptura accipit̄.ſ.pro culpa:pro pena: ⁊ pro obligatione pene tēporalis vel eterne. ideꝫ ſctūs Tho.e.di.arti.2.in corpore cū ait. reatus nihil aliud ē q̄ꝫ obligatio ad penaꝫ. ⁊ qꝛ hec obligatio quodāmō eſt media inter penā ⁊ culpā: ex eo φ pp̄ culpā aliqs obligatur ad penā:culpa vel pena reatus dr̄. ſic ergo dicet̄ qs abſolui a culpa.i.a reatu cauſato p̱ culpā : qꝛ reatus vocat̄ culpa. ⁊ hoc mō ego quoqꝫ cōcedo hoīem abſolui a culpa p̱ deū vel p̱ ſacerdotē.i.a reatu.

EE
Culpa qn̄qꝫ pro reatu.

Accipiendo aūt culpā ꝓprie vt diſtinguit̄ ꝯ alia q̄ ſunt in pctō:non dēt cōcedi φ hō abſoluat̄ a culpa:qꝛ nō ſolū eſt falſuꝫ: ſed eſt impoſſibile vt.ſ̄.declaratū ē p̱ duas rōnes. ⁊ ſic ſtat ꝯclō iſta in veritate.ſ.a pena deus nō abſoluit: ⁊ ēt non abſoluit a culpa:nec aliqs ſacerdos pōt abſoluere ab aliquo hoꝝ: ſꝫ illud a quo ſacerdos abſoluit ⁊ deus eſt ſolū reatus. de nullo aūt alio qđ in pctō ſit abſolutio.

FF
Pēa pro reatu.

GG
Abſolutio ſolius reatus eſt.

¶ Sꝫ obiicieſ φ nō poſſit intelligi abſolui a culpa .i.a reatu:cū poſſit aliqs abſolui a culpa q̱ nō abſoluat̄ a reatu.ſic pꝫ p̱ ſctū̄ Tho.3.parte ſūme.q.86.articu.4. vbi q̄rit an remiſſa culpa p̱ pniaꝫ mācat reatus pene : ⁊ determinat φ ſic ibi et ſequen.arti. ergo abſolutio a culpa vel remiſſio eiuſ diſtinguit̄ ab abſolutione ⁊ reatu.

¶ Dōm φ a culpa ꝓprie ſumpta nō pōt fieri abſolutio nec ſit remiſſio eius:ſꝫ p̱ ſe ceſſat anteq̄ꝫ deus vel ſacerdos aliqd opere̾ circa penitentē.ſ̄.declaratū eſt. ⁊ cū ſctūs Tho. diſtinguit culpā ⁊ reatū.dōm φ nō accipitur ibi culpa ſtricte ⁊ ꝓprie:ſꝫ ſoluꝫ pro reatu pene eterne. ⁊ qn̄ ille remittit̄ dr̄ remitti culpa:qꝛ ille eſt directuſ effectus culpe vt ait ipſe ſctūſ Tho.2.ſen.di.42.arti.2. ⁊ qn̄ ponit reatuꝫ intelligit de reatu pene tp̄alis. ⁊ tunc verū eſt φ remiſſo reatu pene eterne nō eſt remiſſus reatus pene tp̄alis vt declarat̄ in allegato arti.4.et.5.ſeq̄nti.

HH
Reatus pene et̄ne abſoluit̄ manente reatu pene temporalis.

¶ Aliter pōt dici ⁊ magis cōformit̄ ad intentionē ſcti Tho.ſ.φ nō accipit ibi culpā pro culpa: ſꝫ pro macula q̄ ēt ſequit̄ ex culpa: ⁊ vocat̄ macula culpe vt ait Magr̄.4. ſen.di.18.c.2. ⁊ reatus accipit̄ ꝓ obligatione ad penā tp̄alem. ⁊ iſta nō remittuntur vnica remiſſione : ſed deus remittit vel tollit maculaꝫ per grām: ⁊ adhuc remittit reatum pene tp̄alis. φ autē ſic intelligat ſctūs Thom̄.pꝫ qꝛ idem dubiū quaſi ab eo diſcutitur.3. parte ſūme.q.86. arti.4. diſcutit̄.4.ſen.di.18.q.2.arti.3. ⁊ ponunt̄ quaſi eadem : immo penitus eadem in ſnīa vtrobiqꝫ: ⁊ titulus q̄ōniſ eſt ſm alia verba.ſ.ſi remittatur peccatū quantū ad maculam an quātum ad oēm penam. ⁊ ſic apparet φ idem eſt dici hoc ac ſi dicatur an remiſſa macula remittatur reatus ſicut querebat in.3.parte ſūme.q.86.arti.4. ⁊ ſic pꝫ φ a culpa proprie dicta nō vult ſctūs Tho.aliquē abſolui.nā etiam remitti non poteſt.

II
Macula q̄ ⁊ culpa vocat̄ remittit̄ manēte reatu

¶ Si autem obijciatur φ lꝫ ſctūs Tho.nō dicat hoīem abſolui a culpa: dic̄ tn̄ ſepe remitti culpa vt pꝫ 3 p̄te ſūme q.86.arti.4.et.5.et.6. ⁊ in alijſ locis.Dōꝫ φ culpa ꝓprie ſumpta ēt nō remittit̄

ſed eſſe ceſſat. ſʒ ſctūs Tho. accipit culpā ꝓ macula ibi vt ꝓbatū ē. ſ. ⁊ interdū ꝓ reatu. ⁊ iſta remittunt̄ ꝓpe. ¶ Cū āt aliq̄ ſʒ ſatis groſſe vt. ſ. ꝓbatū ē dicāt hoīeʒ abſolui a culpa ⁊ pena: cū dicere deberēt ꝓprie loquēdo abſolui plenarie. ſʒ improp̄e loquant̄: tñ id qd̄ ſignificare intendūt verū ē: ⁊ nos illud cōcedimus. nā intēdunt ſignificare ꝙ qñ q̄s abſoluit̄ a culpa ⁊ pena tollit̄ ei oīs obligatio ad penā: tā ad eternā q̄ʒ ad tp̄alem: ita vt nihil tolerare dēat penalitatis in iferno nec in purgatorio nec in hoc ſeculo ꝓ illis pctīs de q̄bus abſoluitur: factiſ illiſ q̄ imponunt̄ ꝑ ꝯcedētē talē indulgētiā. ⁊ taliſ abſolutio proprie loquendo vocatur plenaria. ſ. quia nihil manet de quo poſſit iam abſolui confeſſus. ¶ Et hoc nō fit in abſolutione ſacerdotū minoꝝ: q̄ ſʒ abſoluant hoīem nō plenarie abſoluūt: cuʒ maneat hō obligatus ad quandā parteʒ pene tp̄alis ſiue purgatorie. Ad hoc tñ ꝙ iſta ꝓpō ſit vera: debet ſic intelligi ꝙ abſoluit̄ q̄s a culpa ⁊ pēa. i. a reatu pene eterne ⁊ a reatu pene tp̄alis. ⁊ in iſto ſenſu ponit iſtā q̄ōnem Franci. d̄ mairo. 4. ſen. di. 19. ſ. an papa poſſit abſoluer̄ a culpa ⁊ a pena: ⁊ an poſſit dare indulgētias plenariaſ. ⁊ verū eſt ꝙ pōt pluſquā plenarias vt. ſ. ꝓbatū eſt. ¶ Nō ergo hēbat q̄cquā difficutatis ꝯcluſio iſta ēt in appētia viſa declaratione: niſi eā maliuoli liuenti oculo cōſpexiſſent. falſa ergo illis videbat̄: q̄ vere falſam eā eſſe voluiſſent: aut videri ſimulabant̄: vt liberius ⁊ honeſtius qd̄ conceperant poſſent efficere.

Abſolutio a culpa ⁊ pena q̄d ſit iuxta vulgi ſnīaʒ

¶ Capitulūʒ ſeptimū. In quo ponitur totus tenor illius cedule que preſentata fuit ab auctore in iudicio de defenſione huius concluſionis.

Nota ꝙ cū iudices emuli nollēt audire auctoreʒ ipſe obtulit eiſ cedulam.

Judicū ipietas.

Conſiderādū aūt ꝙ cuʒ de hac ⁊ d̄ alijs duab⁹ ꝯclōnibus impiū iudiciū ageret̄: cū hec alijs ḡuior ⁊ durior videret̄. cedulā quādā: expōnes breueſ ⁊ ꝯfirmatiōes ei⁹ ⁊ ꝯfutatiōeſ aduerſarioꝝ ꝯtinētē ipſis porrexi iudicib⁹. quā nec approbare q̄dē voluerūt ne ſibiipſis obuiarēt: nec tñ dānare ſaltē leui verbo auſi ſunt: q̄ nihil in eaʒ obijci eis facile videbat̄ qd̄ eā veriſilr̄ ꝯfutaret. Ut āt nec iſtud poſteros effugiat lr̄is tradendū cēſui. vt hinc colligi poſſit an ſatis p̄dicta ꝯclō ab hereſi ⁊ erroꝛ quā emuli affigere moliebātur defenderetur. ¶ Huius autem de verbo ad verbū forma erat q̄ ſequit̄. ſ. In ꝯcluſione illa q̄ dicebatur a pena aut a culpa deus non abſoluit nec aliq̄s ſacerdos abſoluere pōt declarāt̄ aliq̄. p̄mo. ſ. ꝙ iſta ꝓpō. ſ. aliq̄s hō abſoluit a culpa ⁊ pena. nō dēt cōcedi. Rō eſt q̄ iſte modus loquēdi: nō ſolum nō conuenit theologie q̄ ſubtilius ⁊ ꝑ terminos magis ꝓprios de ſingulis reb⁹ diſputat: ſʒ ēt nō cōuenit mō loquēdi iuris: q̄ in cle. vnica de p̄uile. ⁊ in cle. abuſionibuſ de. pe. ⁊ remi. reprobat̄ iſte mod⁹ loquēdi. cū papa loquit̄ ibi ꝯ q̄ſtores ⁊ ꝯ quoſdā alios dicēſ. vt coꝝ verbis vtamur q̄ dñt ſe abſoluere aīas a culpa ⁊ a pena. q̄ bene dictū nō ē. ¶ Scd̄o dico ꝙ papa hʒ ptātem ad ꝯcedendas indulgētias in q̄cūq̄ facultate vſq̄ ad plenariā remiſſionē pctōꝝ incluſiue. Hēt ēt papa maiorē ptātem in ꝯcedēdo indulgētias q̄ʒ vſq̄ ad plenariā remiſſionē pctōꝝ. ſʒ nō exercet eā nec pōt exercere: nō q̄dem ex defectu ptātis: ſed ex defectu materie. qd̄ pʒ q̄ papa hʒ liberā clauē totius theſauri ecclīe: in quo ſunt infinita merita tā paſſionis chriſti q̄ʒ ſuperogationis bonoꝝ opeꝝ totius ecclīe. remiſſio tñ pctōꝝ plenaria cuiuſcūq̄ nr̄m: ⁊ ēt oīuʒ ſimul nō ē aliq̄d infinitū: ſʒ ad penā finitā ⁊ determinataʒ quā in purgatorio toleraturi eramus. Jō qñ aliq̄s vult ꝓprie loqui de plenitudine ptātis pape in abſolutionib⁹ ⁊ indulgētijs: nō oʒ dicere ꝙ papa abſoluit a culpa ⁊ a pena: q̄ iſtud ē dictum iproprīū ⁊ large poſitū ꝑ terminos alienos. ſʒ dēt dicere ꝙ papa abſoluit plenarie vel cōfert indulgētiaʒ plenariā. ⁊ hoc ſatis pʒ in lr̄is datis in forma ecclīe: in q̄bus nō dr̄ ꝙ abſoluit a culpa ⁊ a pena: ſed ꝙ cōcedit plenariā indulgentiā: vel remiſſionem oīum pctōꝝ. ¶ Tertio accedēdo ad declaratione cōclōnis dico ꝙ in pctō nihil dēt manere ad hoc ꝙ aliq̄s ſit plene purgatus dignus ingredi vitā eternā. ſʒ eoꝝ q̄ ſunt in pctō

¶ Nota lector ꝙ i alio exēplari alia q̄dā v̄ba erāt ſcripta ſub hmōi tenore ad papā Eugeniū.

Beatiſſime pater: pridie exercitādi ingenij cā ſicut ceteris ſcholaſticis viris ſolitū eſt in hac ſacra curia: Sāctitati vr̄e quaſdā conclōnes ſcholaſtice ⁊ diſputatiue tenui: nihil ex meipſo determinare aut reprobare intendens: niſi qd̄ ſacroſctā Romana ecclīa ⁊ ſctitas vr̄a determināt ⁊ reprobant. hoc. n. ſemꝑ mihi ꝓpoſituʒ fuit ⁊ eſt: et ego nunq̄ʒ intendo recedere a v̄itate doctrine ſcē Rom̄. ecclīe ⁊ ſctitatis vr̄e. ⁊ oīa mea dicta ſemꝑ illi ⁊ ſctitati vr̄e ſubmiſi: ⁊ ſemꝑ ſubmiſſa eſſe volo qualitercūq̄ ꝯtingat me loqui. Quedā tñ ꝯclonū meaꝝ viſe ſunt aliquibus nō ſatis cōſonare doctrine cōi doctoꝝ. Prima erat ꝙ pctm̄ ꝓ nullo ſtatu irremiſſibile eſt. In qua ego nō volui ſentire ꝙ pcm̄ in inferno vel

q̄dam ꝑ ſe definiūt eē: alia tollunt̄ ꝑ deū: alia per miniſtros ecclīe: alia ꝑ actū penitentis. Pro quo ſciendū ꝙ in pctō pñt ꝯſiderari ſex vel ſeptem. ſ. actus pctī: culpa: offenſa: macula: reatus: pena: ꝓnitaſ ad malū. ⁊ iſta dātur necio in quolibʒ pctō: ſaltē in pctō cōmiſſionis. De primo pʒ ſic in occidere ⁊ fornicari in q̄bus ē actus poſitiu⁹. ſ. vulnerare hoīem ⁊ tangere feminā carnaliter: q̄ actus abſolute ⁊ in ſe nō ſunt boni nec mali: ſʒ efficiunt̄ boni vel mali ꝑ circūſtantias additas. qd̄ pʒ q̄ alſ nō poſſet aliq̄s in aliquo caſu tāgere feminā carnaliter: vel occidere hoīeʒ ſine pctō. qd̄ falſuʒ ē. ¶ Scd̄ʒ eſt culpa. ⁊ iſta vocat̄ q̄dā priuatio debite rectitudinis in actu. ſ. q̄ ad hoc ꝙ actus eēt bonus moraliter deberet hr̄e quaſdā circūſtantias bonas regulātes eū: q̄buſ ſi careat ē malus. ⁊ ſic illa carentia vel p̄uatio eſt malicia vel p̄uatio in actu. ſicut in caſu p̄bato ad hoc ꝙ tangere feminā carnaliter ſit bonus actus requirit̄ ꝙ tangat q̄s eā quā dēt. ſ. vxorē ſuā: ⁊ q̄ñ dēt vel licʒ: ⁊ vbi dēt vel licʒ: ſʒ in loco nec tp̄e ꝓhibitis: ⁊ ꝑꝑ quē finem dēt. ſ. ad ꝓlem gignendā: vel ad reddendū debitū: vel ad mitigandū fomitē. naʒ ꝑꝑ hoc melius eſt nubere q̄ʒ vri. 1. Corint. 7. ⁊ ſic de alijs circūſtantijs req̄ſitis. de q̄bus Ariſ. 3. ethicoꝝ. ſi āt ibi oēs ꝯueniāt: actus tangēdi feminā erit bon⁹. ſi āt oēs deficiāt vel aliq̄ eaꝝ act⁹ eſt malus. nō ꝑꝑ aliq̄d poſitiuū: ſʒ ꝑꝑ defectū circunſtātie q̄ deberet ineē. ⁊ illū defectū vel carentiā ſiue p̄uationē vocamus culpā. ¶ Tertiū eſt offenſa dei. nā qñ q̄s peccat recedit a deo cōtēnendo eū ⁊ legē ſuā: ⁊ adherēdo cuidā bono creato qd̄ hō p̄ponit deo. ⁊ in hoc deus offendit̄. ſ. ꝙ ꝑꝑ aliquā rē minorē ſe ꝯtēnat̄ ip̄e. ¶ Quartū ē macula. ⁊ iſta ē q̄dā deformitas i aīa nr̄a ſm̄ ꝙ ē imago dei. ⁊ iſta macula vel deformitas ē p̄uatio pulchritudiniſ debite ineē. ſicut. n. i corꝑe hūano qd̄ adornat̄ veſtib⁹ circūdātibus illud: q̄bus ſi hō careat eſt deformis ⁊ male apparēs: ⁊ nō ē illa deformitas niſi carētia veſtiū: vel ornatus neceſſarij. ita ē in aīa nr̄a. nā in ip̄a ē imago dei nāliter: ⁊ pulchritudo ſua extrinſeca ē gr̄a d̄i vel charitaſ: quā cū hʒ aīa pulchra vr̄: ſic hō veſtitus. ſi aūt caruerit illa erit d̄formis: ſicut hō nudus. ⁊ hoc eſt in quolibet: q̄ ꝑ quodlibet pctm̄ tollitur gr̄a dei ⁊ tota charitas. ¶ Quintū eſt reatus. ⁊ ideʒ eſt qd̄ obligatio. naʒ reatus a reo dr̄. ⁊ iſta obligatio eſt in quolibet. ⁊ inſurgit ex lege dei. nā ſicut in legibus politicis cauet̄ ꝙ ſiq̄s occiderit vel vulnerauerit hoīeʒ tali pena plectat̄: ſiq̄s fecerit ꝯ illā legem eſt obligatus ad tolerādū penā illius legis: ⁊ iſta obligatio nō inſurgit niſi ex lege cui dedit vires legiſlator. ita in diuinis ſtatutū ē ꝙ ſiq̄s peccauerit mortaliter puniat̄ in inferno. Statim ergo vt q̄s peccauerit inſurgit ei iſta obligatio vt puniat̄ in eternū. ſilis modus loquēdi eſt Gene. 3. ſ. quacunq̄ hora comederis morte morieris. i. obligaberis ad moriendū. iſte eſt intellectus oīum doctoꝝ: ⁊ nō pōt aliter intelligi: q̄ alr̄ eſſet lr̄a falſa. ¶ Sextū eſt pena corrn̄dens pctō: ſiue ſit in inferno: ſiue in purgatorio: ſiue ſit tp̄a'is in vita. ¶ Septimū ē ꝓnitas ad malū. ⁊ iſta inſurgit nāliter ex pctō. nā teſte. Ariſ. 2. ethic. gn̄ationes ⁊ corruptiones hituuʒ fiunt ex eiſdē. i. ex ſimilibus. ſ. ex hoc ꝙ eſt iuſtū facere: efficit̄ q̄s iuſtus. ⁊ ex eo ꝙ eſt expendere decēter efficit̄ q̄s liberalis: ⁊ ſic de ſingulis. iō oīs actus gn̄aliter ē agḡatiuus alicui⁹ hitus talis qualis ipſe eſt. ⁊ q̄ interdum nō pōt ex quolibet actu gigni hitus cū ſit qualitas radicata: gignit̄ ſaltem diſpō eius ad hitū. iō diſtinguit Ariſ. in p̄ma ſpē q̄litatis hitū ⁊ diſpōnē. cū ergo quodlibet pcm̄ ſit actus malus: ſequit̄ nāliter ex illo ꝓnitas ad malū. ¶ Nūc dicendū eſt ꝙ oīa iſta que poſita ſunt eē in quolibet pctō nō ꝑtinent ad aliquā nouā doctrinaʒ ſicut q̄dam calūniantur: ſed reperiunt̄ in ſacris doctoribus ⁊ etiā in canone ſacre ſcripture. de trib⁹ illoꝝ. ſ. de actu poſitiuo ⁊ culpa ⁊ de pena nō opʒ ꝓbare: q̄ tota ſcriptura: ⁊ oīs modus loquēdi plenus eſt ex his. ¶ De reatu ſatis apparet: q̄ Exo. 33. dr̄ ꝙ deus ꝑcuſſit hebreos pro reatu vituli. doctoreſ ēt vtūt̄ iſto vocabulo: ⁊ faciūt diſtinctionem inter culpā ⁊ reatū vt pʒ ꝑ ſctm̄ Tho. 3. parte ſumme. q. 86. arti. 4. cum q̄rit vtrū remiſſa culpa ꝑ pniam maneat reatus pene. ¶ De offenſa dei pʒ ſatis manifeſte: q̄

poſt hāc vitā dimitteretur aliquibus: ſʒ ſentio ꝙ nullum pctm̄ mortale pōt dimitti hoī niſi in vita ſicut tota tenʒ ecclīa. Sʒ accepi illum terminū irremiſſibile ſtricte. ſ. ꝙ licʒ pcm̄ aīe exutis extra vitā nūq̄ʒ dimittatur: tñ non repugnat ex conditiōe pcti ſm̄ ſe poſſe remitti: ſʒ repugnet ex habitudine aīe q̄ iaʒ eſt obſtināta: ēt repugnet ex ordinatiōe dei q̄ diſpoſuit nō cōcurrere ad cādū actum cōtritionis cū aīab⁹ poſitis extra corpus. Si tñ poſſet eē ꝙ aīe exiſtentes in inferno vere dolerent de pctō ſuo. ſ. inquātū offenderunt deū: ꝑ illud remitteret̄ eis peccatū. ⁊ ſic nō eſt adhuc pctm̄ illud ſm̄ ſe irremiſſibile ſʒ certuʒ eſt ꝙ nunq̄ʒ remittetur. Et tales modi loquendi recipiuntur apud oēs viros ſcholaſticos: qualis ego fui diſputādo iſta. ¶ Alia ꝑticula cōcluſionis hui⁹ erat. ſ. a pēa aut a cl̄pa deus non abſoluit: nec aliq̄s ſacerdos abſoluere pōt. In qua nō intendi nec nunc intendo negare ptāteʒ dei nec ſacerdotū in abſoluēdo: q̄ alſ me oporteret concedere ꝙ oēs hoīes q̄ ſemel peccaſſent nullam poſſent habere remiſſionem pctōꝝ: ⁊ ꝙ perirēt eternaliter. qd̄ tamen ego negabā ⁊ nego ſemꝑ. Sʒ ego ꝯcedo ⁊ conceſſi ſemꝑ ꝙ deus pōt abſoluere ab oībus pctīs. papa etiam pōt abſoluere ab oībus pctīs ⁊ poteſt dare plenariam indulgentiaʒ liberādo hoīeʒ a tota pena purgatorij ſcilicet faciendo ꝙ nō veniat in illā: ēt ſi multa pctā cōmiſerit. ⁊ hoc ē ꝙ papa hʒ claueʒ liberā ſuper totū theſauꝝ ecclīe. Conceſſi. n. ⁊ ꝯcedo ꝙ ſacerdotes minores pñt abſoluere a pctīs: ⁊ poſſint tollere virtute clauium quandaʒ partē pene purgatorij ad quā peccator poſt ꝯtritionē ⁊ cōfeſſionē manebat obligatus. Dixi tñ ꝙ deus nō abſoluebat a pēa aut a culpa: nec aliq̄s ſacerdos: q̄ accepi iſtum terminū abſoluere ſtrictiſſime ⁊ iſtū terminuʒ penā ⁊ culpā ſtrictiſſime:

ſime: diſtinguendo penā ꝛ culpā a reatu.i.obligatione. ꝛ iſto mō dicebaʒ ꝙ de⁹ vl' ſacerdos ſtricte ſumendo abſoluit a reatu pene ꝛ nō a pena. Sʒ q̃tū ad realitatē idē ē vtrūq̃. ⁋ Nec ego ꝯcedo nec credo minoreʒ eē ptātē dei: nec auctoritatē dei ꝛ eccleſie in abſoluēdo q̃ꝫ crediderit vſqꝫ huc aliqs doctor de catholicis cui⁹ doctrina cōiter teneatur. ⁋ Et ēt bñ cōcedo iſtas ꝓpōnes quas ipſi dicunt.ſ. de⁹ abſoluit a culpa deus abſoluit a pena: ēt ſacerdos abſoluit a pena: ꝛ oēs ſilēs ꝓpōnes in ſenſu in quo ipſi accipiūt: nō diſtinguendo penā ꝛ culpaʒ a reatu oībus modis qb⁹ ego diſtinxi. ſi tñ accipiaꝫ ſtrictiſſime ſicut ego accepi: dʒ cōcedi ꝙ abſoluiꝫ qs a reatu ſolo ꝛ non a pena nec a culpa. ſʒ pena tolliꝫ ablato reatu ſiue auferēdo reatū. ꝛ iſte modus loquēdi ꝯuēit viris ſcholaſticis ad quos cōuenit ſtricte loq̄ de terminis. ⁋ Alia erat ꝯclō ð die mortis xpi.ſ. ꝙ nō mortuus ē die vigeſima qnta martij .ſ. die annūciatiōis virginis: ſʒ die tertia aprilis anno trigeſimotertio etatis ſue īchoato. Et ad hoc induct⁹ ſuʒ ex duobus principijs euāgelicis. vnuʒ eſt ꝙ xp̄s mortuus ē die veneris q² mortu⁹ eſt luna qntadecima mēſis primi iudeoꝝ die prima azimorū. ꝛ tñ in anno trigeſimotertio xp̄i nō fuit dies annunciatiōis die veneris ſʒ die mercurij. ꝛ nō fuit luna qntadecima: ſʒ luna quarta vel qnta. ſicut apparet neceſſario ꝑ viā aſtrologicā: ꝛ ꝑ viā cōpotiſtaꝝ. ꝛ tñ ꝯcurrāt iſta duo.ſ. die veneris: ꝛ luna qntadecima in die tertio aprilis. iō dixi illa die xp̄ʒ fuiſſe mortuū anno trigeſimotertio etatis ſue ichoato. ꝛ q² qdaʒ tenēt xp̄m mortuū fuiſſe anno trigeſimoquarto etatis ſue inchoato: dicebam ꝙ illo anno nō potuit mori die annūciatiōis: quia tūc dies annunciatiōis fuit nec ̄io die iouis: xp̄s tñ mortuus ē die veneris: ꝛ tūc nō erat luna qntadecima: ſʒ deci maſeptia. ꝛ ꝑ q̃ſ

feſte: q² deus ſepe per ꝓphetas vocat pctā offenſiones ſuas: ſicut pʒ Pſal'. 94. ſ. q̃draginta annis offenſus fui gñatiōi huic. i. offenſus fui ab iſta iudeoꝝ gñatiōe. doctores dicūt ꝙ in quolibet pctō mortali inq̃ꝫtum eſt ibi auerſio a bono incōmutabili eſt ibi offenſa dei. ꝛ ita ſepe dicit ſanctus Thomas ꝛ oēs alij doctores vbicūqꝫ loquunꝫ de mā penitētie. ⁋ De macula aūt ſatis apparet per Magiſtrū. 4. ſen. diſtin. 18. in pricipio. et. 2. ſenten. diſti. 42. vbi nō ſolū ponit de macula: ſed ēt de culpa: ꝛ de pena ꝛ de reatu: ꝛ fere de oibus que aſſignata ſunt a nobis. ⁋ His viſis dōm eſt ꝙ q̃daʒ iſtoꝝ q̄ ſunt in pctō non abſoluunꝫ nec tollunꝫ: ſed ꝑ ſe eſſe ceſſant. Primū enim. ſ. actus poſitiuus nō dimittiꝫ: nec ab illo qs abſoluiꝫ. q² irriſoriū eſt dici ꝙ qs abſolueret ab actu poſitiuo fornicādi vel ab actu occidēdi: q² ille nō manet ꝛ nihil oīno eſt ꝑe eo quo deuſ per ꝯtritionē dimittit pctā vel dʒ nos abſoluē: vel ſacerdos abſoluit in ſacramento. ⁋ Scōm ēt. ſ. culpa nō dimittitur: nec aliqs abſoluiꝫ ab illa. q² vt ſupra dictuʒ eſt culpa non eſt niſi priuatio debite circūſtantie in actu: ꝛ eſt accidēs priuatiuū actus. ſicut cecitaſ eſt accidēs ꝑuatiuū oculi. ꝛ tñ actus poſitiu⁹ trāſiuit: q² nō durauit niſi ꝑ momentū vel paruo tꝑe: ita culpa nō manet niſi ꝑ momentū. ꝛ ſic impoſſibile eſt ꝙ culpa tollaꝫ vel dimittaꝫ vel abſoluaꝫ ꝑ deū. non qdē quaſi deus nō poſſit tollere vel nolit tollere: ſed q² anteq̃ꝫ cōuertaꝫ homo ad deū per ꝯtritionē ꝛ deus infundat ei grāʒ culpa deſinit eſſe. ⁋ Quedam ſunt in pctō que tollunꝫ: ꝛ alia a qbus abſoluit. naʒ offenſa ꝛ macula tollunꝫ per deū cū infundit grām peccatori offenſa qdē tolliꝫ: q² offenſa eſt ſm quā homo eſt inimicus deo: ꝛ iſta manet ſemper quādiu homo eſt in pctō. ꝛ cū deus infundit grām tolliꝫ offenſa: q² ꝑ grām ſit homo gratus deo: ꝛ recōciliaꝫ ſibi. ꝛ ſic tolliꝫ inimicitia: q² īpoſſibile eſt hoīem eſſe ſimul gratuʒ deo ꝛ inimicū ſibi: q² includit ꝯdictionē. Macula ēt tolliꝫ ꝑ deū qñ infundit grām: eo ꝙ macula vt dictū eſt nihil aliud eſt q̃ꝫ priuatio pulchritudiniſ in aīa: que pulchritudo eſt ꝑ grām. iō īpoſſibile eſt ꝙ adueniēte grā maneat macula: ſicut īpoſſibile eſt ꝙ adueniētibus veſtibus maneat nuditas. Aliqd eſt a quo deus abſoluit. ſ. reatus: q² abſoluere ꝓprie ſm nām termini dicit tollere vinculum. reatus aūt eſt obligatio vel vinculū: iō proprie a reatu mortis eterne abſoluiꝫ hō a deo ꝑ ꝯtritionē. ⁋ De miniſtris aūt eſt dōm ꝙ q̄dā tollūt: ꝛ a quodā abſoluunt. nam poſtq̃ꝫ aliqs abſoluiꝫ a deo a reatu mortis eterne: manet reatus ad quandā penā tꝑalē: ꝛ miniſter eccleſie qcunqꝫ virtute clauiū tollit reatū cuiuſdam partis pene iſtius. que pena q̃nta ſit que tolliꝫ ꝑ claues eccleſie in ſacramēto penitētie nullus nouit niſi deus. ſi aūt ſit papa ille q abſoluit pōt abſoluere a toto reatu pene purgatorie vel tꝑalis: ita ꝙ nihil maneat tolerandū peccatori. ꝛ in iſto caſu ꝓpriiſſime dꝛ papa dare abſolutionē plenariā: vel indulgentiā plenariā. ſ. tollēdo totā penā purgatoriā. ſ. abſoluēdo a reatu totius pene purgatorie. ꝛ nō eſt dicere ꝙ papa abſoluat a culpa ꝛ a pena: q² iſtud eſt improprie ꝛ large dictū: ſʒ ꝙ plenarie abſoluat. De pena aūt dōm ꝙ miniſtri eccleſie nō abſoluūt ab ea: ſʒ dimittūt illā vel tollunt. ſ. tollūt obligationē ad penā. ꝛ in hoc nō eſt dr̄ia niſi velle loq̄ ꝓprie: vel large. nā q̄ocūqꝫ accipiaꝫ: pena nō debet manere. ꝛ tñ dici ꝙ pena tollatur eſt ꝓprie dictū. dici aūt ꝙ a pena qs abſoluatur a deo vel a ſacerdote: eſt iꝓprie vel large dictuʒ. q² abſoluere dicit ꝓp̄e rōnē vinculi: ab eo aūt qđ nō eſt vinculum nō pōt qs ꝓprie abſolui. pena tñ nō eſt vinculū: ſed id ad qđ eſt vinculū. nā obligaꝫ homo ad penā. neceſſe eſt tñ differre obligationē ꝛ id ad qđ ē obligatio. q² obligatio ꝑtinet ad relationem: id aūt ad qđ eſt obligatio ꝑtinet ad alteꝝ genus p̄dicamēti: vt ſi ſit pena vel pecunia vel aliqs actus. ⁋ Ex predictis pʒ ꝙ cōcluſio iſta eſt vera in terminis ſuis: ꝛ ſunt termini ꝓpriiſſime poſiti. ſ. ꝙ deus nō abſoluit a pena nec a culpa: ſed ſolū a reatu ꝓpter cām ſupradictā. tollit tñ offenſam ꝛ maculam: ſicut ſupra dictum eſt. ſacerdos aūt nō abſoluit a pena nec a culpa: ſed ſolum a quadā parte reatus pene: vel a toto reatu ſi ē papa. penā aūt dimittit vel tollit cōſecutiue: q² ablato reatu vel obligatiōe ad penā: īpoſſibile eſt manere penam in re vel in ſpe. ⁋ Nunc aūt reſpondenduʒ eſt ad id qđ cōiter dꝛ. ſ. ꝙ deus abſoluit a culpa ꝛ interdū a pena: ꝛ ꝙ ſacerdotes abſoluunt a pena. ꝛ eſt dōm ꝙ iſtud eſt large dictū. nā cū doctores aliqui dicūt ꝙ deus abſoluit a culpa: accipiūt culpā ꝓ offenſa dei ꝛ pro macula: ꝛ iterdū ꝓ reatu. ꝛ ſatis cōueniēter dictum eſt. ſ. ꝙ iſta tria: macula: offenſa: reatus ſunt effectus culpe. ꝛ ſit denominatio per cām: ita ꝙ effectus accipiat nomen cāe: ſicut frequēter iura faciūt ꝛ moduʒ loquēdi vulgaris. ⁋ Cum aūt dꝛ ꝙ ſacerdos abſoluit a pena: intelligiꝫ. i. a reatu pene: q² abſoluendo a reatu dimittit penā. ꝛ iſte modus loquēdi eſt ſatis ꝯueniens: q² cum reatus nō ſit niſi ad penā accipiꝫ vnū pro altero. q² etiā ſm Ariſto. vbi vnū ꝓpter alterum: vtrobiqꝫ tñ vnū. Eſt etiā alia ratio quare eccleſia accipit penam pro reatu pene. ſ. q² vult loq̄ clariori modo quo pōt. ꝛ tñ clarius eſt dicere penā q̃ꝫ reatū: q² oēs hoīes cognoſcunt qd ſit pena. qd aūt ſit reatus nō cognoſcūt: q² reatus pertinet ad relationē: ꝛ relatio inter oīa predicamēta habet minimā entitateʒ. ⊙ ⁋ Sed aliq obijciūt ꝙ nō liceat mihi facere tales expoſitiōes: ſed ꝙ verba eccleſie que cōmuniter dicunꝫ teneanꝫ proprie. ▫ Sʒ dicēdū ꝙ hoc nō ſtat: q² interdū cogimur exponere ſcripturaʒ in alio ſenſu q̃ꝫ verba ſonant in cortice. ſicut illud Prouer. 15. in omni loco oculi dñi cōtēplanꝫ bonos ꝛ malos. ꝛ illud Pſal'. 33. oculi dñi ſuꝑ iuſtos: ꝛ aures eius in preces eoꝝ: vultus aūt dñi ſuper faciētes mala. ꝛ tñ ꝯſtat ꝙ deus nec habet vultū: nec oculos: nec aures: ſed aliter intelligendū eſt. ſic ēt ſepe in nouo teſtamēto iuxta illud Mat. 3. et Luc. 3. ſ. ipſe baptizat vos in ſpiritu ſancto ꝛ igne. ꝛ tñ baptiſmus xp̄i nō eſt in igne. ꝛ ſic ēt de infinitis alijs. ⁋ Sed rñdent aduerſarij dicentes ꝙ iſtud veꝝ eſt in dictis ſacre ſcripture: que neceſſe eſt interdū exponi aliter q̃ꝫ ſonāt vt vera ſint. dicta tñ doctorum ꝛ dicta cōia eccleſie nō debent exponi aliter q̃ꝫ ſonare videanꝫ: ſed ꝙ maneāt in terminis ſuis. ꝙ tñ de⁹ abſoluat ꝛ ſacerdos a culpa eſt dictū cōmune doctoꝝ ꝛ dictū eccleſie: ideo ꝙ debeat ſic mālitter accipi vt iacet. ⁋ Sed dōm ꝙ non ſtat: q² falſum preſupponiꝫ. nā interduʒ dicta cōia doctoꝝ ꝛ eccleſie neceſſe eſt exponi in alio ſenſu q̃ꝫ ſonāt. ſicut pʒ q² doctores ꝯſitenꝫ iſtā propoſitionē. ſ. deus fuit heri: ꝛ deus eſt hodie: ꝛ deus erit cras. nec aliqs negat. ꝛ tñ iſte propoſitiōes ſm ꝓprietatem terminoꝝ ſunt falſe ꝛ heretice. ſed exponunꝫ. deus fuit heri ꝛ toto tēpore preterito. i. nō incepit vel incipit nūc eſſe de nouo. ꝛ ēt deus erit cras. i. deus non deſinit eſſe hodie: ita ꝙ iam nō ſit cras. ꝛ ita ſimiles propoſitiones exponunꝫ: q² alſ nō eſſent vere. ꝛ exponit eas Hierony. ſic: ꝛ recitat illud Mgr. 1. ſen. di. 8. ita igiꝫ qñcunqꝫ dicta doctoꝝ in cortice lr̄e non ſunt vera vel nō ſunt ꝓp̄e dcā vel poſita: debem⁹ ea exponere eo mō quo v̄a ſint ꝛ ꝓprie dicta: q² ſic illa ipſi itelligi voluerūt: lʒ alijs verbis cōioribus ꝛ vſitatioribus hoc expreſſerint. non qdē quaſi ipſi neſcirēt ꝓpria vocabula q² interdū voluerūt loqui planiori modo quo potuerūt. ⁋ Poſtremo obijciebaꝫ ꝙ lʒ predicta eſſent vera ꝛ bene dicta: tñ nō debebat ꝯclō poni in talib⁹ terminis: q² erat ſcādaloſa. Dicendū ꝙ iſtud ſcādalū aut erat lr̄atoꝝ: aut ignorantiū. ſi lr̄atoꝝ non ſtat: q² ꝯcluſio eſt vera ꝛ in terminis ꝓpriiſſimis. iō nullus vir lr̄atus dʒ ſcādalizari: ſed potius nāliter gaudere de veritate poſita in terminis ꝓprijs. Si aūt ignorātes ſcādalizanꝫ: ego nō p̄ſtiti cām. q² ego nō iui ad predicādū populo rudi in lingua italica vel hiſpanica: ſed iui ad diſputādū cū viris doctiſſimis q de talibus nō ſcandalizarentur. ſi aūt viri rudes velint legere concluſiones meas vel audire dicta in diſputatione: ꝛ ex hoc ꝓpter ignorantiā ſuam ſcandalizarentur: ex hoc ipſi ſunt in culpa: q² ſe miſcēt illi rei que ad eos nō pertinet. ita enim ſcādalizarenꝫ ſi legerēt ea que ponit beatus Paulus ad Ro. 9. de predeſtinatione ꝛ preſcientia: ꝛ que hn̄r in alijs locis ſcripture. ſimiliter ſi audirēt miſteria que loquunꝫ doctores de trinitate ꝛ incarnatiōe ꝛ euchariſtia ꝛ in alijs materijs altiſſimis turbabūtur. ꝛ tñ propter hoc nō debent doctores ceſſare a doctrina ꝛ a ſcriptura: ſed potius ſimplices arcendi ſunt ne iſta audiāt: q² non oportet eos ſapere pluſq̃ꝫ

dam alios defect⁹ q icidebant vt demōſtrari pōt manifeſte via aſtrologica. ſed nō curaui coraʒ ſanctitate veſtra ꝓlongare ſermoneʒ. Hec ſunt Pater Beatiſſime q̄ in ꝑdictis ſenſi: ꝛ ſentio. nec tñ itēdo deuiare in aliquo a doctrina ſctē Romane Eccl'ie: ꝛ ſanctitatis veſtre. q̄ ſi illud tenet: illud ego teneo: ſi hoc tenet iſtđ ego ꝓfiteor. ſʒ in oib⁹ determinatiōi ꝛ correptiōi ſāctitatis vr̄e: ꝛ Sctē Romane Eccl'ie tā in ſnīa q̃ꝫ in v̄bis me ſubmiſi ꝛ ſubmitto. a qua nunq̃ꝫ itēdo deuiare: ſicut nec huc uſqꝫ aliqñ ſponte deuiaui. nec ēt intēdi ꝑiudicare v̄itati aut doctrine vel auctoritati quorumcūqꝫ meli⁹ ſentiētiuʒ. ſʒ oīa ſalua pace fidei ꝛ veritatis dicta ſint.

⊙ 1. argumētum aduerſarioꝝ.

▫ Solutio.

Replica aduerſarij.

Solutio.

2. argumentum aduerſariorum.

Solutio.

Excuſaꝫ auctor a ſcandalo.

Iſti tres iudices fuerũt treſ cu.ro. prelati iter quos neophit⁹ille diuꝫ ignorantiſſimus qũo ſol⁹ ꝯcłones has ex liuore he reticaſ iudicauit.

opꝫ ſape:ſꝫ ſape ad ſobrietatẽ ſꝫ ꝯdõnẽ ſuã.ad Ro.12. hec aũt dicta ſint ſub oĩbus illis ꝓteſtationibus q̄ ꝑ me pñtate ſunt ſupra. Iſte eſt tenor cedule iudicibus pñta te:quam nec approbauerũt nec reprobare auſi ſunt. in ſuis tñ ſcriptis eam ſeruauerũt. ¶ De cetero ergo mihi ſatiſfactũ credo:qm̃ harũ rerũ ordo ⁊ veritas per hec poſteros non latebit. vt hec ꝯcluſio que ad tẽpus tres iudices lꝫ non ꝯcordi animo aduerſarios habuit:de re liquo ab omni etate ⁊ toto ſeculo iudicetur.

## ¶ Scđa Pars hui⁹ operis.

## ¶ Incipit ſecũda pars huius Defenſo rij:⁊ eſt Prohemium quãtum ad alias concluſiones quas damnare non auſi fuerunt iudices.

In prefata concluſione quoniam aggrauare cupiẽtibuſ grauior videbat̃:erat ꝙ ea aptior vt eiuſ oc caſione rudem plebi culam emulorꝫ meo rum iniqtaſ ꝯcitaret: ſicut ⁊ re ipſa ꝯpertũ eſt:breuem cedulã ſu pra ſcriptã velut eius quẽdam ꝯmentariũ iudicibus porrexerã: quorũdaꝫ indignatio nem placaturus:aut vt verius dicam meam innocẽtiã oſtenſurus:ipſamq́ꝫ quorũdaꝫ apertã mendacẽꝫ iniqui tatem ad verecundiã deducturus.q nõ erubuerãt alia pro alijs in mei grauiſſimũ odiũ ſepe proferre. De alijs aũt duabus ꝯcluſiõibus minor aut nulla ſolicitudo mi hi erat:ſed mihi potius mãm gaudij ſepiſſime contule runt:cum aduerterẽ aduerſarios in has quotidie ꝙ in precedentẽ maiora moliri.qꝛ tñ mentiebat̃ iniqtas eiſ: oĩbus ſuis deſtituebant̃ conatibus:ita vt illi ſeipſos ꝯ funderent.reuera viã habitaculi ⁊ ciuitatis ignorabãt.

Aduerſarij erãt ignorantiſſimi. nec itellexerũt ꝯ cluſiões auctoris ex defectu cogni tionis ſcie aſtro nomice ⁊ hiſto riaꝝ ac oĩum ar tiũ liberaliũ in q bus neophitus erat ipſa cecitate cecior.nũꝙ.n. ni ſi neſcio queꝫ ſui ordinis doctorẽ didicerat ⁊ am plius nihil.

¶ Cum ergo multoꝝ dierũ ſuper eis laborioſas opas perdidiſſent:qꝺ ſatis ſibiipſis ad ignominiã cedere ar bitrabant̃:ne nihil oĩno feciſſe putarentur eas preſum ptuoſas vel ſupbas vocauerũt:falſas tñ dicere eas ne quaꝙ auſi ſunt.cuꝫ tñ ꝑ multos dies ante plurimi emu loꝝ ipſoꝝ eas erroneas ⁊ hereticaſ aptiſſime teſtarent̃. Super eis aũt ad quorũdã potius informationẽ ꝙ ad mei defenſionẽ que ſuper hoc opportuna nõ erat:cũ illi eas de falſitate notare nõ auderẽt.⁊ vt hui⁹ rei veritas paruulis ⁊ indoctiſ pateat:ꝑcibus imo verius impio cu iuſdaꝫ Reuerẽdiſſimi pr̃is:aliqbus placituras declara tiones ⁊ aduerſarioꝝ ꝯfutatiões ſcripſi dirigẽs eas pre fato Reuerẽdiſſimo patri:vt ex prohemiali prelocutio ne ſequenti aperitur. Explicit.

Iſte cardinalis auctoris amicus tãꝙ optim⁹ car do poſtea cuꝫ eẽt ſediſ apoſtolice i vngaria legatus ibi in bello ꝯ̄ tur cas fortiter pu gnãs obijt mar tyrio coronatus.

A
Beniuolẽtia ꝯ paratio a perſo na auctoris.

¶ Caplm̃.1. In quo ponitur intentio auctoris:⁊ dirigi tur opus cardinali ſancti Angeli.

Tantam Reuerẽdiſſime pater nitatiſ veſtre excellẽ tiam veneratus: nec iuſſa potui nec debui preteriſſe.inerat enim altiſſi ma iubentis auctoritaſ:vnde me ma nebat neceſſitas obſequendi. parui igit̃ preceptiſ veſtriſ Reuerẽdiſſime pater:ſi vtinam tam efficaciter ꝙ deuote.eſt mihi tñ in hac parte qꝺ doleam:qm̃ paupercula mihi efficiẽdi di ſtributa ptãs:votoꝝ magnitudinẽ nõ valuit exequare. ¶ Non tñ nimis dolendũ credidi.nã velut qui ab ipa reꝝ parente nã vlla patit̃ nocumenta:ꝯtra quã poten tia nulla efficax eſt:ex hoc nõ nimis gemendũ cenſet:ſi cut ſi ob eius aduerſos mores aut iniquorũ mordacem nimiſq́ꝫ efficacẽ inuidentiaꝫ vlla queuis eueniſſet cala mitas.nõ ſecus ego.nam qꝺ latiſſimo obſequẽdi deſi derio affectus equa lance nõ rependerim:nulla diſtorti animi ad obediendũ repugnãtia:aut ignauus quidam negligenſq́ꝫ torpor induxit:ſed ipſa cũctoꝝ mẽſuratrix nã:⁊ reꝝ imperitas atq́ꝫ improportionalis exceſſus effe cit:nihil a me poſſe obſequij ꝓdire dignũ tã reuerẽdiſ ſime pr̃nitati ⁊ tam glorioſiſſime excellẽtie. ¶ Iniun xerat enim reuerẽdiſſima veſtra paternitas homuncioni mihi ⁊ inutili ſeruo ſuo ſup duas ꝯcluſiones de anno ⁊ de die mortis xp̄i ꝑ me diſputatas:declarationes aliq̃s ſcriptis tradere.⁊ qm̃ ꝯcluſio de anticipatiõe cene dñi ⁊ de ꝯfectione eius primo facta corã diſcipuliſ ꝯſequẽs eſt ad has duas ꝯcluſiões ꝓꝑ tp̄is idẽtitatẽ ⁊ reꝝ geſtaꝝ attinẽtiã:de tribus ſimul aliqualiter attingẽdũ eſt.⁊ pri mo de illa in qua agitur de anticipatione vel non anti cipatione cene domini.

¶ Caplm̃.2.Qꝫ xp̄ſ tota vita ſua ſuauit legẽ moyſi aſcẽ dẽdo in hieruſaleꝫ ter in anno in tribus feſtiuitatibus.

Erat autem ꝯcluſiõis hu ius tenor. In vltima celebritate paſchali ꝺ cerimo nialibuſ xp̄s nihil mutauit:ſed come dit ea die qua iudei:nec anticipauit. ¶ In prima particula ꝯcluſiõis dr̃. in vltima celebritate paſchali.qꝺ po nit̃ ad drĩã aliaꝝ celebritatũ paſchaliũꝫ quas xp̄s egit. nã de nulla illaꝝ dubiũ eſt an obſeruauerit oẽs cerimo nias feſtiuitatis:ſed ſoluꝫ de iſta celebritate vltima pa ſchali qñ xp̄s mortuus eſt:dubiũ eſt an oẽs cerimoniaſ obſeruauerit. ¶ Pꝫ hoc.nã xp̄s quolibet anno celebra bat feſtiuitatẽ paſchalẽ aſcẽdendo in hieruſalẽ cũ parẽ tibus ſuis vel cũ alijs:⁊ ibi comedebat de agno paſcha li iuxta oẽs cerimoniaſ ei⁹.hoc pꝫ tripl̃r.ᵒ ¶ Primo qꝛ xp̄s obſeruauit legẽ moyſi toto tp̄e vite ſue:ſicut ipſe di xerat:nõ veni ſoluere legẽ:ſed implere Matth.5.et tñ lex moyſi iubebat ꝙ oẽs maſculi de ſtirpe iudeoꝝ aſcẽ derent ter in anno ad tẽplum dñi.ſ.in feſto azimoꝝ:⁊ in feſto hebdomadaꝝ ſiue pentecoſtes:⁊ in feſto taberna culorũ ſiue ſcenophegie Exo.23.et.34.et melius Deu. 16.xp̄s ergo aſcẽdebat quolibet anno ter in hieruſaleꝫ in ꝑdictis feſtiuitatib⁹. ¶ Scđo pꝫ qꝛ Luc̃.7.dr̃.⁊ ibãt parẽtes eius per oẽs annos in hieruſalem in die ſolẽni paſche.⁊ ibi dr̃ qũo xp̄ſ ibat cũ eiſ. ¶ Tertio pꝫ qꝛ eoꝺ. c.dr̃.⁊ cũ factus eſſet Ieſus annoꝝ duodecim: aſcẽdẽti bus illis in hieroſolymã ſꝫm ꝯſuetudinẽ diei feſti:aſcẽ dit cũ eis.ex quo apparet ꝙ nõ ſolũ xp̄s anno.12.eta tis ſue aſcẽdit in hieruſalẽ cũ parẽtibus ſuis:ſed ẽt quo libet anno aſcẽdebat:cũ dicat̃ ꝙ aſcẽdit ſꝫm ꝯſuetudinẽ diei feſti.ꝯſuetudo tñ frequẽtationẽ ⁊ ꝯtinuationẽ im portat. Ponit̃ tñ ibi ſolum de anno.12.eo ꝙ in illo ac cidit ſpãle miraculũ de diſputatione xp̄i pueri cũ legis peritis. ¶ De his oĩbus celebritatibuſ paſchalibuſ que fuerũt ꝑ oẽs annoſ vſq́ꝫ ad annũ mortis xp̄i nulla ratio dubitãdi eſt:an in eis xp̄s obſeruauerit oĩa cerimonia lia paſche.ſꝫ ſolũ de vltima celebritate paſchali qñ mor tuus eſt:qꝛ tũc qdã putãt ꝙ ꝓꝑ mortẽ ſuã que fuit in fe ſto paſche nõ potuerit obſeruare oĩa cerimõialia illi⁹ fe ſti.iꝺ dixit ꝯclo ꝙ ẽt in iſta vltima celebritate paſchali xp̄ſ nihil mutauit de cerimõialib⁹:ſic̃ nec ĩ alijſ mutauit.

A
Chriſt⁹ꝙdiu vi xit oẽs cerimo niaſ hebreoꝝ ſer uauit.

B
ᵒChriſt⁹ꝙdiu vi xit in nullo legeꝫ moſaicã ꝑtergre ſus ẽ: ergo nec i celebratione pa ſchali.

C
Opinio quorũ dam ꝙ xp̄s tp̄e mortis phaſe ce lebratiõe muta uerit.

¶ Caplm̃.3.Qꝫ feſtũ phaſe ⁊ azimoꝝ differũt in q̃ttuor: ⁊ que ſunt cauſe ⁊ cerimonie vtriuſq́ꝫ.

Pro quo ſciẽdũ ꝙ ĩ iſto feſto paſchali erãt duo feſta.ſ.feſtũ phaſe:⁊ feſtũ azimoꝝ.q dam aũt de nr̃is putant nullaꝫ oĩno eſſe drĩã inter hec.ſꝫ errãt tãꝙ igna ri veteris teſti:ĩ quo iſta differre po nunt̃. In quo ꝯſiderãdum eſt ꝙ iſta duo feſta differũt q̃drupl̃r.ſ.in ordine tp̄is:⁊ in diutur nitate:⁊ in cauſa:⁊ in cerimõijs. De ꝑmo patet:qꝛ feſtũ phaſe erat q̃rtadecima die mẽſis ꝑmi:⁊ feſtum azimoꝝ erat die qntadecima mẽſis eiuſdẽ Leui.23.ſ.mẽſe pri mo q̃rtadecima die mẽſiſ ad veſpeꝝ phaſe dñi eſt:⁊ qn tadecima die mẽſis huiuſ ſolẽnitaſ azimoꝝ.idẽ pꝫ Exo. 12. ¶ Scđo differũt in diuturnitate:qꝛ feſtũ phaſe nõ durabat niſi ꝑ diẽ vnũ:imo ñ ꝑ vnũ diẽ ĩtegrũ:ſꝫ ſolũ ꝑ tres vel ꝑ q̃ttuor horas diei q̃rtidecimi cũ nocte ſequẽ ti.iꝺ qñ dr̃ de tp̄e diei phaſe:nõ dr̃ ꝙ erat phaſe ſimpli citer die q̃rtadecima mẽſis:ſꝫ ſubiũgit̃ ꝙ erat die men

A
Error ponentiũ nihil itereſſe iter feſtũ phaſe ⁊ fe ſtum azimorum.

B
Feſtũ phaſe ĩci pit a veſpa q̃rti decimi diei:feſtũ azimoꝝ a princi pio quitidecimi diei.

ſis

C
Feſtũ phaſe durat a veſpa q̃rtedecie diei cũ nocte ſeq̃nti azimoruꝫ a q̃ntadecia vſq; ad vigeſimãprimaꝫ incluſiue.

Repudiū pmiſſum eſt ne fieret vxoricidium in veteri lege.

C
Homicida a caſu nulla culpa interueniēte pmittebaꝰ a deo a cognatis occiſi interfici ſi ex̄ vrbē refugij eēt inuentus pp duriciaꝫ iudeorū.

D
Euāgeliū noſ admonet gratis dare. i. nō ſolū mutuo ſꝫ dono neci tatē patiēti. vid̄ Lu. 6. Mat. 5.

E
Euāgeliū nō ſolū phibet iterfici homicidā caſualē ſꝫ p̄cipit diligendos inimicos.

¶ Caplm. 47. Qꝛ in veteri lege oportebat aliqua fuiſſe inutilia. ⁊ quare deus impoſuit iudeis tantā multitudinē ſacrificioꝝ cū ipſa nihil pficerēt: ⁊ q̄re laudat illa cū eſſent fetida ⁊ abominanda.

Ex hoc ēt fundamēto ſequiꝰ ꝙ aliq̄ in veteri teſtō debēbant eē inutilia. nā intentio fuit precipua trahere iudeos ad cognitionē ſuā aliqualē: ita vt eū deū ſolū eſſe crederent ⁊ eū ſolū colerent. ⁊ qꝛ deus purus ſpūſ eſt ſufficiebat cultū ei⁹ fieri ſpūalr: ⁊ nō in aliqbus exteriorib⁹ adminiſtrationib⁹: ſꝫ in ſolis virtutib⁹ aie. ſic dicit beatus Aug. i enchiridion. ſpe fide ⁊ charitate coliꝰ de⁹. ſic dixit xp̄s Ioā. 4. deus ſpūs eſt: ⁊ eos qui eū adorāt opꝫ in ſpū ambulare. Ob hoc aūt nō erat neceſſaria aliq̄ mactatio pecoꝝ ⁊ crematio eoꝝ ⁊ tanta multitudo ſacrificiorū tam preſumptuoſa. naꝫ quotidie ſacrificia fiebant: ⁊ in feſtiuitatibus fiebāt maiora ⁊ accumulata. de quibus patet Nume. 28. et. 29. ¶ Dicēdum tamē ꝙ deuſ voluit dare diuerſa genera ſacrificiorum ⁊ occupationē magnā in illis ⁊ expēſas vt abſtraheret iudeos ab idolis. Naꝫ iudei ante hoc aſſueti erāt colere idola ſicut gentiles vt. ſ̄. declaratū eſt. gentiles offerebant dijs ſuis ſacrificia aialium: iō iudei ſm antiquā cōſuetudinē adhuc offerrēt aīalia demonibuſ. vt ergo deus abſtraheret eos a cultu idoloꝝ: voluit ꝙ illa ſacrificia que demonibus oblaturi erant offerrent ſibi ⁊ non peccarent. Et ſic lꝫ iſta ſacrificia ſm ſe nullius vtilitatis forent: ſed magis vnr̄ fetida ⁊ imūda. ſ. cremare carnes animaliū: ⁊ effundere ſanguineꝫ apō altare ⁊ p parietes altaris: ⁊ qd̄ deterius erat cremare oēs adipes coraꝫ dn̄o. ⁊ cū iſta tā fetida eſſent: dn̄s tamē dicebat ꝙ odor adipis cōbuſti erat ſibi ſuauiſſimus Leui. 3. ⁊ ꝙ oēs adipes cremarenꝰ corā domino: ⁊ ꝙ nemo comederet adipē ſed cremareꝰ in altari Leui. 3. et. 7. Hoc tamē deus dicebat vt nō videreꝰ iudeis ꝙ deus abominabaꝰ ſacrificia eorū: ſꝫ magis ꝙ honorabat ea: ⁊ per hoc iduceret eos ad ſibi ſoli ſacrificandū. Ad veritatē tn̄ nō erant iſta ſacrificia munda vt Malachias pphera innuit loquēs iudeiſ de vocatione gentiū. ſ. nō eſt mihi voluntas in vobis dicit dn̄s: magnū nomē meū in gentib⁹: ab ortu ſolis vſqꝫ ad occaſum: in omni loco offerꝰ mihi ſacrificiuꝫ mundū. ſ. panis ⁊ vinū. vocando ergo ſacrificiū iſtō mundū qd̄ gentes oblature erant: innuebat ꝙ ſacrificia que iudei offerebant non erant mūda Mala. 2. c. ¶ Alia cā iſtorū ſacrificioꝝ erat ꝙ iudei erāt nimis groſſi ⁊ carnales circa cognitionē dei. ⁊ cū de⁹ vellet ꝙ colerent eū: ⁊ tn̄ ipſi nō poſſent eū pure ſpūalr colē ſicut colendus erat: qꝛ ipſi erant carnales: oportuit ꝙ daret eis aliquē modū groſſuꝫ ⁊ carnalē i quo eū colerēt. ⁊ iſte fuit colere eū i diuerſis gn̄ib⁹ ſacrificioꝝ.

A
Lex vet⁹ debēbat ꝯtinere aliq̄ inutilia q̄ i nouo teſtō tāqꝫ inutilia debebāt reſpui: regriꝰ. n. mactatio nō victimarum ſed pectoꝝ.

B
Victimaꝝ multiplicitas iudiſ data ē vt i his occuparēꝰ nec idolis imolarent vt aū ꝯſueuerant.

C
Sacrificia iudorū lꝫ eſſent inutilia ⁊ fetida vt crematio carniuꝫ ⁊ ꝯſpſio ſāguinis: de⁹ tn̄ ſe accepta re dicebat ne illa reſpuerent ⁊ idola ſequerenꝰ ſꝫ reuera mūda n̄ erāt. vid̄ Malachiā. 2.

¶ Caplm. 48. Qꝛ erant aliqua inutilia in veteri lege. ſ. multitudo cōtaminationū ⁊ purificationū ⁊ diſtinctio quorūdam ciborū. ⁊ q̄re deus iſta mādaret.

Erant autē alia in veteri teſtamēto q̄ ſm ſe erāt inutilia. ſ. multitudo purificationū ab imundicijs. nā diuerſimode cōtrahebant imūdiciā ⁊ varie erant purgationes: de quibus Leui. 11. ⁊. 12. et. 13. 14. 15. et. 17. et. 21. et 22. ⁊ Nume. 5. et. 19. ⁊ in multis alijs locis. Iſtō aūt fiebat ppter duo. pmo ad oſtēdendū ſanctitatē ⁊ mūdiciam dei iſrael ſuper deos gentiū. nā dij gentiuꝫ nō abijciebant imūdos. deus aūt voluit ꝙ in multis poſſent cōtaminari iudei: ⁊ iſta contaminatio eſſet ſoluꝫ legaliſ. ſ. reſpectu ſacroꝝ: ita vt ille qui ſic pollutus eēt nō accederet ad ſanctuarium nec res ſacras: ⁊ ſi accederet moreretꝰ Leui. 15. In quo apparet quāta erat mundicia dei ſui: quādo ad tēplū ſuū qd̄ erat materiale nō licebat accedere imundos: ⁊ ſi accederēt morerenꝰ. ꝙ autē ad iſtū finem ponerenꝰ iſte leges contaminationū ⁊ purificationū: pꝫ qꝛ qn̄cūqꝫ agitur de iſtis diciꝰ exhortando ad iudeos. ſancti eſtote. i. mundi: quia ego ſanctus ſum deus veſter Leui. 11. et. 15. et. 18. 19. ¶ Alia cā eſt: ⁊ iſta ē gn̄alis ad oēs cerimonias veteris teſti. ſ. pp occupationē. voluit. n. de⁹ ꝙ iudei tot cerimonias obſeruare dērēt i qbus iplicit i vix reſpirare

A
Purificationes ab imūdicijs in vet̄i lege: lꝫ eēnt inutiles inſtitute ſūt a deo ad ꝯfūdēdā idolatriaꝫ ⁊ oſtēdēdā ſanctitatē dei.

B
Cerimonie tam multe a deo iſtitute ſunt iudeis vt eis nō vacaret idolatrare.

vix reſpirare poſſent: vt non vacaret eis colere idola aut declinare ad alia ſupſtitioſa: qđ fieret ſi lex iſta facilis eſſet ⁊ paucarum obſeruationum. Et ob hoc iſta ita grauis lex. ſ. propter multitudinem cerimoniarū ꝙ vix poterāt hoīes eā implere. ſic dr̄ Actuū. 15. qn̄ quidam volebant obligare cōuerſos de gentilitate ad xp̄m ad obſeruationē legaliū. ſ. ⁊ nunc cur tentatis imponere iugū ſuper ceruices diſcipuloꝝ: hoc eſt. n. iugū qđ nec nos nec patres noſtri ferre potuimus. Erant autē alia ſuperflua vel inutilia. ſ. diſcretio ciborum: qꝛ nō licebat iudeis comedere de oībus animalibus: ſed erant eis multa vetita Leui. 11. et. 14. Fiebant aūt hec ꝑpter duas cauſas ſupra proxio aſſignatas. alie cauſe erāt magis in ſpāli diuʒ iſtorū. de qbus latius diximus in locis ſuis exponendo.

C
Lex vet⁹ hēbat diſcretionē ciborū q̄ erat iutilis.

Capl̄m. 49. Q; in nouo teſtamēto non ſunt aliqua ſacrificia carniū nec alterius modi ſicut in veteri: ſed ſolum manēt duo ſacrificia. ſ. eucbariſtia ⁊ ſacrificiuʒ laudis. ⁊ quare hoc.

A
Sacrificia veti legiʒ eſaias. 600. annis an̄ xp̄i aduētū oñderat eē itilia vid Eſa. 1

IN nouo autēʒ teſtō nihil iſtorum eſt. non enim ſunt ſacrificia aliqua inutilia in animalibus: nec in alijs que offerebantur in veteri teſtamento. Quia oīa hec multo tēpore an̄ xp̄i aduentum. ſ. pluſquā annis ſexcentis Eſaias oſtēderat inutilia eſſe Eſa. 1. ſ. quid mihi multitudineʒ victimarum veſtrarum dicit dn̄s: plenus ſum: holocauſta arietum ⁊ adipē pinguiuʒ: ⁊ ſanguinem vitulorum ⁊ agnorum ⁊ hircorum nolui: cuʒ veneritis ante cōſpectum meū: quis queſiuit hec de manibus veſtriʒ vt ambularetis in atrijs meiʒ: ne offeratis vltra ſacrificium fruſtra: incenſum abominatio eſt mihi. Nullū ḡ ſacrificiū eſt in nouo teſtō niſi ſacrificiū corporis ⁊ ſanguinis dn̄i qđ ipſe fieri iuſſit in memoriaʒ paſſionis ſue bn̄dicte. 1. Corin. 11. ſ. quotiēſcūqꝫ feceritis: morteʒ dn̄i annūciabitis donec veniat.[b] Eſt ēt iſtud ſacrificiū necīum ad vtilitatē noſtrā: quia in ipſo viuificamur ⁊ roboramur: ſicut xp̄s dixit Joā. 6. niſi mādu caueritis carnē filij hoīs ⁊ biberitis ei⁹ ſanguinē nō hēbitis vitā in vobis.[d] Reliquū autēʒ ſacrificiū nullū eſt in nouo teſtō niſi ſacrificium laudis: qđ abiectis ceteris veteribus ſacrificijs carniū dixit ꝓpheta eſſe tenendū: ⁊ iō gratiſſimū. p̄s. 49. ſ. nō accipiā de domo tua vitulos nec de gregib⁹ tuis hircos: qm̄ mee ſunt oēs fere ſyluarū iumēta in mōtibus ⁊ boues: cognoui oīa volatilia celi: pulchritudo agri mecū eſt: ſi eſuriero nō dicam tibi: meus eſt eni orbis terrarū ⁊ plenitudo eius: nūqd manducabo carnes taurorū aut ſanguinē hircorum potabo: q. d. nō. et ſeqtur ſacrificium qđ offerre dēamus. ſ. imola deo ſacrificiū laudis: ⁊ redde altiſſimo vota tua. ⁊ iterū. ſacrificium laudis honorificauit me: ⁊ illic eſt iter quo oñdā illi ſalutare meū. Jſtud ſacrificiū abundantiſſime obſeruat lex noua: qꝛ tota occupatio miniſtrorū eccleſiaſticorū diurna ⁊ nocturna eſt totum tēpus in dei laudibus agere.

B
Sacrificiū noue legiʒ nullū ēaliđ ſʒ corpis ⁊ ſanguis dn̄i nr̄i Jeſu xp̄i qđ iſtitutū ē i memoriā paſſionis eiuʒ.

C
[b] Sacrificiū noue legis necīū ē qꝛ ꝑ ip̄ʒ viuificamur.

D
[d] Sacrificiū laudis necīū ē ꝑ q̄cūqꝫ lege nā hoc deus reqrit non imolationes aialium.

Capl̄m. 50. Q; in nouo teſtamēto nō ſunt cōtaminationes ⁊ purificationes legales. ⁊ ꝙ ſolum eſt immundum quod coinquinat animam: ⁊ ꝙ iam non eſt diſtinctio ciborum.

A
Lex noui teſtamēti nullaʒ aliaʒ ꝯtaminatiōes hʒ niſi pcōꝝ: qꝛ ſordes corpoꝝ ꝓ nihilo hn̄tur in nouo teſtamēto: vide Mat. 15.

ETiam nō ſunt in nouo teſtō cōtaminationes ⁊ purificationes varie reſpectu ſacrorū: qꝛ ſicut ceſſauerūt mālia ſacrificia: ita ⁊ corporales imūdicie ⁊ purificatiōes. Nihil enim nūc reputatur immūdū niſi qđ pcm̄ eſt ⁊ animā iniquā ⁊ inquinatā reddit. ſordes autē corporum pro nullo a nobis hn̄r: quia deus ad iſta nō aduertit. ipſe. n. oīa corpora tam mūda q̄ʒ imūda fecit ⁊ omnia bona ſunt. Sic nos docuit xp̄s Matth. 15. loquēs ꝯ phariſeos q curabāt de mūdicia corporis: ⁊ nō attendebant ad mūdiciā mentis dicens. manducare nō lotis manibus nō coinquinat hoīem: qꝛ qđ ꝑ os intrat in ventreʒ vadit ⁊ in ſeceſſum mittit: a corde aūt exeunt praue cogitatiōes: furta: adulteria: homicidia q̄ inquinant aiam. Jdeo tota obſeruatio noui teſtamēti eſt circa mentē vt non polluatur. de corpore autem pauca vel nulla cura habēda eſt niſi quatenus nō offendamus ꝓximos per nr̄am corporalē imundiciaʒ. Nō eſt ēt in nouo teſtamēto ciboruʒ diſcretio. ſed oīa mundari ⁊ ſumi licet cū dei bn̄dictiōe ⁊ gratiarū actiōe. Hoc fuit mōſtratū beato Petro in viſione cū iam circa horā nonā in orone exiſtēʒ fameſceret: ⁊ venit de celo vas plenū animalibus diuerſorū generuʒ q̄ ſcḋm legem Moyſi imūda erāt: ⁊ vox facta eſt ad eū de celo: occide Petre ⁊ comede: ⁊ ipſe ait: dn̄e cōe ⁊ imūdū nunq̄ʒ intrauit in os meū: ⁊ vox ad eū dixit ꝙ nō vocaret imundū id qđ deus creauerat. ⁊ ſic innuit iam in nouo teſtō oīa ſumēda eſſe Actuū. 11. ⁊ ſic poſtea diffinitū eſt in cōcilio Aplorū Actuū. 15.

B
Lex noui teſti nō hʒ ciboꝝ diſcretionē ſed oīa comedere licet cuʒ dei bn̄dictiōe ⁊ grāꝝ actiōe vide Actuuʒ. 11. ⁊ 15.

Capl̄m. 51. Quare deus in veteri teſtō nō ſoluʒ dedit leges pertinentes ad cultum ſuū: ſed etiā leges forales pure ꝑtinētes ad cōicationeʒ humanā. ⁊ q̄re in nouo teſtō nulle leges forales date ſunt.

EX hoc ēt fundamēto factum eſt in veteri teſtamento ꝙ ponerent̄ ēt leges forales. ſ. de ſeruis ⁊ iniurijs ⁊ damnis ⁊ furtis ⁊ alijs que pertinēt ad humanā cōſeruationē: qualiter puniri deberēt qui circa iſta delinquerēt. etiaʒ leges circa ſucceſſiones hereditarias ⁊ circa mr̄imonia ⁊ ſilia. Exo. 21. et. 22. 23. ⁊ Num̄. 27. et. 36. ⁊ Deu. 20. et. 21. et. 22. 23. 24. et. 25. ⁊ in multis locis. ⁊ ſunt iſte leges tales quales ſunt leges municipales aliaruʒ gentiū. Jſtud factū eſt pmo ꝑꝑ incredulitatē iſtius ppl̄i. nā ſi deus nō dediſſet iſtas leges forales iudeis: oporteret cōſtitui illis leges per rectores ſuos: et putarent ſe nō regi a deo ſi deus exp̄ſſe nō dediſſet illis leges. Scḋo ꝑꝑ ruditatē ppl̄i: qꝛ erat ille populus rudis: ⁊ forte neſciret ſe gubernare ⁊ cōdere ſibi legeʒ cōueniētes niſi de⁹ eiʒ daret leges. Pʒ hoc qꝛ qn̄ erāt iſraelite in deſerto ſynai Moyſes gubernabat ſolus totā multitudinē: ⁊ ꝑꝑ defectū regiminis ipſe laborabat tota die audiendo litigia: ⁊ non finiebant̄ negocia ppl̄i. qđ vidēs Jetro ſocer Moyſi: gentilis qdēʒ ⁊ ſacerdos madian: dixit ad Moyſen: ſtulto labore cōſumeriʒ tu ⁊ ppl̄s qui tecū eſt: ſed accipe ꝯſiliū meū ⁊ dn̄s erit tecū. ⁊ ita ordinati fuerūt iudices in iſrael ad ꝯſiliū Jetro qui erat vnus vir gentilis Exo. 18. ⁊ Deute. 1. ⁊ totus iſrael vbi erant ſexcēta milia peditū cū ſanctiſſimo ꝓpheta ſuo Moyſe neſcierant prius dare modū quo regerent̄: ⁊ mox vt viderunt bonum modū quē dedit Jetro acceperūt illuʒ. qđ ſatis cedit generi iudeorū ad ignominiā. ſed oīa diuina diſpēſatiōe facta ſunt. Decuit ḡ ꝙ deus daret eis leges forales ad ſupplendū defectū eoꝝ. Tertio factuʒ eſt ad tollendū iudeis locū errandi: qꝛ ſi nō dediſſet de⁹ eis leges forales: ipſi accepiſſent leges tales quales habebant egyptij inter quos vixerant: vel chananei inter quos moraturi erant. ⁊ forte accipent tales leges que in ſe cōtinerēt pctm̄: ſicut erat de plurimis legibuʒ gētiliū: vel ſalteʒ preſtarēt eis occaſionē ad cultū idolorū. ⁊ iſta fuit cā precipua huius. nā deus in oībus voluit ſubtrahere iudeis occaſionē imitandi gentiles ⁊ cōicandi cum eis Exo. 34. ⁊ Deute. 12. ⁊ fere ꝑ totaʒ legē. Quarto factū eſt ad dandā pacē pplo: qꝛ cum eſſet populus rudis ⁊ impfectus nō eſſet facilis ad cōcordandū in cōditiōe legum ſi per principē aut ꝑ eos cōdende forent. vt ḡ auferret̄ locus ſeditionis de⁹ dedit iſtas leges. Jn nouo aūt teſtō nihil horū eſt: qꝛ nō ponunt̄ leges alique de foralibus. ſolum eniʒ xp̄s regulauit nos. pmo in fide: deinde in charitate: qualiter ad deū ⁊ ad ꝓximū ſe q̄ſqꝫ hēre debeat. poſtea vero tradidit quedā gn̄alia documēta de virtutibus. de rebus tamē humaniʒ in particulari gubernādis nullam legeʒ tradidit: pncipibus eccleſiaſticis prelatis oīa relinquēs: eo qꝛ obſuatis eis q̄ ꝓ fundamēto tradidit: īpoſſe erat errare in aliquo ope. De h̄ tn̄. ſ. qr̄ xp̄ʒ in nouo teſtō nō tradiderit leges ꝑticulares ſic tradidit

A
Leges forēſes ꝺ ſuis iniurijs furtis ⁊ dānis q̄lr punirent̄ delinquētes i his: ⁊ ꝺ ſucceſſiōib⁹ hr̄ditarijs ⁊ mr̄imonijs date ſunt a deo iudeis vt viderēt̄ regi a ſolo deo: ⁊ ad declarādā ppl̄i illi⁹ ruditatē: ⁊ ne accepiſſēt leges a gētilib⁹ q̄ ꝯtinerēt pcm̄ ⁊ ad auferēdā diſcordiam q̄ accidiſſet ſi ꝑ pncipē aliuʒ a deo cōdite fuiſſent.

Jgnominia iudeorum.

3. ratio.

4. ratio.

B
Lex noui teſti docet tm̄mō fidē ⁊ charitatē ⁊ virtutes gn̄ales qbis ſuatis facile eſt p̄latis ſeu pncipib⁹ circa ꝑticularia ſe hn̄ gerere.

C
Dr̄ia noui ⁊ veteris teſtī.cur d̄s i noua lege n̄ dederit foreſes leges vide Autorē i libello vbi nun gd lex p̄ſcriptionis ſit licita.

in veteri pleniſſime dictū eſt in quodā libello nr̄o vbi diſputare incepim⁹ q̄ōnē de preſcriptiōe an ſit licita. ⁊ ibi ponunt decē dr̄ie noui ⁊ veteris teſtamēti.ideo pro nunc nihil de hoc dicamus.

¶Capl̄m.52.Quare oportuit eſſe multos ꝓphetas ⁊ alios modos cōſulēdi dn̄m in veteri teſtamento:⁊ de incredulitate iudeoꝝ.⁊ quare deus nō dedit legē per aliquē hoiem ſed ꝑ ſe in voce tube:⁊ ꝙ l; conſulendo ſup rebus paruis eſſet indignū:nō ſolū deus tolerabat h̄:ſ; ēt ⁊ rogabat iudeos ꝙ cōſulerent eū.

A
Prophetaꝝ multitudo ⁊ modoꝝ ꝯſulēdi deū in lege veteri fuit ob ruditatē ⁊ incredulitatē populi.

Ex eodē ēt fundamēto inſurgit ꝙ iudei dērent hr̄e multos ꝓphetas ⁊ alios ꝙ̄plurimos modos ꝯſulendi dn̄m.erāt eni iudei rudes ⁊ iperfecti:⁊ potiſſime laborant vitio incredulitatis. nulla.n.gens fuit vnquā ita incredula ſicut iudei.iō nunꝙ̄ credebāt niſi viderent ſigna manifeſta.⁊ de hoc xp̄s increpauit eos q̄ poſtquā fecerat tota miracula q̄lia nullus alius fecerat:adhuc petebant ab eo ſignū vt crederent ei.⁊ ipſe dixit.gn̄atio praua ⁊ icredula ſignū petit:⁊ ſignū nō dabit ei niſi ſignū Jone ꝓphete.de hoc Math.12.et.16. Apl̄s ēt aſſignans ꝯdōnē iudeoꝝ ⁊ grecoꝝ ait.iudei ſigna petūt: greci aūt ſapiētiā querūt.1.Corin.1.c.Ut ḡ deus cōdeſcēdēt infirmitati ⁊ impfectioni eoꝝ oſtēdebat eis multa ſigna:vt in eductiōe d̄ egypto inferēdo decē plagas egyptijs Exo.7.vſq; ad.12.⁊ aperiēdo mare rubrū Exo.14.⁊ ibi ſubmergēdo egyptios ⁊ liberādo eos:dulcorādo aquas amaras in marath Exo.15.Dando eis māna quotidie de celo ad comedēdu; in abundātia ꝑ.40.annos Exo.16.Dando coturnices bis vt comederēt Exo.16.⁊ Num̄.11.Excutiēdo bis aquā de petra Exo.17.⁊ Nu.20.⁊ fere quotidie habebant ſigna.nā angelus dn̄i precedebat eos in colūna nubis ꝑ diē:⁊ per noctē in colūna ignis:⁊ pēdebat ſup caſtra iſta colūna ꝑ noctē ad illuminādum oia caſtra Exo.14.et.40.⁊ Nu.9.et.14.⁊ in his oibus adhuc nō credebant ei:ſed murmurabant volentes redire in egyptū ſepe Exo.14.⁊ Num̄.11.et.14.

B
Miracula ⁊ ꝓdigia q̄ data ſūt a deo iſrl̄itis ad auferendā incredulitatē eoꝝ data ſunt.

C
Deus ꝓtulit eis legē ꝑ ſe i ſonitu buccine caligine ⁊ igne ſup caput ſyna vt crederet ppl̄s iſrael lege; illā nō eē ab homie ſ; a ſolo d̄o.

¶Et ob h̄ qn̄ data fuit lex in monte ſynai noluit deus dare vel mittere illā ꝑ aliquā hoiem:q̄ crederēt ꝙ illa lex erat alicuius hois ⁊ nō dei:ideo dedit eam ꝑ ſe in ſonitu buccine nube operiēte montē:⁊ fumo ⁊ igne ⁊ caligine magna circūdante Exo.19.ita vt iſta oſtēderent diuinā maieſtatē adueniſſe ad caput montis:⁊ in voce tube data ſunt decē precepta:⁊ ꝯtinuaturus erat deus reliquā legē niſi q̄ iudei nō potētes ferre vocē dn̄i dixerūt.nō loquaris tu nobis ne moriamur:ſed loquatur moyſes Exod.20.⁊ Deutero.5.Quia tn̄ adhuc poſſet iudeis oriri preſumptio an moyſes cōfingebat eis dare legē:vel accipiebat illā a deo: loquebatur ad illū deu; in colūna nubis videntib⁹ oibus iſraelitis ꝙ loqueret ad eū Exo.33.⁊ h̄ faciebat vt crederēt ei vt p; Exo.19.ſ.iam nūc loquar ad te corā toto iſrael vt credāt tibi oī tēpore.Et adhuc oibus iſtis ſignis quotidie factis:⁊ qui erāt adhuc iter oculos diſcredebāt dn̄o ⁊ petebāt ſibi fieri deos argēteos ⁊ aureos ad colendū Exo.32.Oportuit aūt ꝑꝑ h̄ inter iudeos eſſe ꝓphetas multos ⁊ alios modos conſulendi dn̄m.⁊ intātū erat deos familiaris eis in rn̄dendo ꝙ videret nobis q̄ſi diminuere auctoritatē dei:vt nō ſolū pro rebus magnis deus adiret ⁊ conſuleret ⁊ rn̄deret: ſed ēt pro vna aſina ꝑdita:⁊ pro vna gallina vel veſte aut re minima nō noianda adirent ꝓphete dn̄i: ⁊ de⁹ ꝑ eos rn̄deret.Hoc tn̄ deus patiebat ꝑꝑ imperfectionē iudeoꝝ vt auferret eis occaſione; peccandi: q̄ ſi eis cōſulentibus dn̄m ſup aſina ꝑdita vel alia re parua:deus non rn̄deret:irent mox ad ꝯſulendos demones:⁊ magos incantatores ⁊ nigromāticos ⁊ diuinos ⁊ oē genus maleficioꝝ.¶Q; autē ꝑꝑ hoc fieret p;:q̄ Deute.18.vbi ponunt oia genera maleficioꝝ que erāt apud gentiles ⁊ vetant iudeis:⁊ ſubditur.tu autem aliter a dn̄o inſtitutus es.ſ.ꝑ ꝓphetas cōſulere:⁊ nō ꝑ maleficos.iō ſubdit imediate ibi.ꝓphetam ſuſcitabit tibi dn̄s.ſ.a ꝓphetis queres ⁊ nō a maleficis.Sic ēt p; Num̄.24.cū Balaam laudans iſraelitas ait.nō eſt augurium in Jacob nec diuinatio in iſrael:tꝑibus ſuis dicetur Jacob ⁊ iſrael gd operatu; ſit dn̄s.i. nō eſt opus eſſe diuinationē nec auguriū in iſrael:ga tꝑibus ſuis.i.qn̄ fuerit ꝯueniēs dicet iſrael ꝑ prophetas.ſ.gd opatus ſit dn̄s:⁊ ſic nō op; ꝙ vadant ad cōſulendū aliquē aliū'. Et ꝑꝑ hoc nō ſolū deus tolerabat ꝙ iudei ſic ſup rebus paruis cōſulerēt eū ꝑ ꝓphetas:ſed potius acceptabat illud tanꝙ̄ bonū ⁊ inuitabat iudeos ad hoc faciēdū:⁊ ꝓphete ſe ingerebāt volentib⁹ cōſulere dn̄m vt ꝯſulerēt ⁊ peterēt ſigna. ⁊ qd̄ deterius erat q̄ cū deus deprecaret eos per ꝓphetas ſuos ꝙ cōſulerēt eū ⁊ peterēt ab eo ſigna: nolebant:ſ; cōtēnebant eum ⁊ ꝓphetas.Sicut p; Eſaie.7.de rege Achaz cui locutus eſt dn̄s ꝑ Eſaiā dicens. pete tibi ſignū a dn̄o deo tuo in profundū inferni: ſiue in excelſum ſupra:⁊ dixit Achaz:nō petam ⁊ nō tentabo dn̄z. ⁊ tn̄ faciebat h̄ Achaz q̄ erat idolatra ⁊ non credebat deo:vel nō volebat dare ei honorē petendo ab eo ſignu;: ſed magis honorabat deos ſuos quos ipſe magis volebat cōſulere ⁊ placare precib⁹ ⁊ ſacrificijs.2. Paralipo.28.Hoc aūt fuit deo valde graue.ſ.ꝙ ipſe rogaret regē Achaz ꝑ ꝓphetaz Eſaiam ſuū ꝙ peteret ſignū ⁊ ipſe nollet.vn̄ Eſaias ait.nūgd parū eſt vobis domus dauid moleſtos eſſe hoibus q̄ moleſti eſtis ⁊ deo meo:ſ.contēnendo eū.ſic ēt p; de Ochozia rege iſrael qui decubans in lecto miſit ad ꝯſulendū beelzebub deū accaron in terra philiſtinoꝝ an ꝯualeſceret de egritudine ſua.4.Re.1.⁊ tunc Helias ex mandato dei occurrit nuncijs eius dicēs:nūquid nō erat de⁹ in iſrael vt iretis ad cōſulendū beelzebub deū Accaron: ꝓpter hoc de lectulo in quo cecidiſti nō ſurges. Ecce quātā impfectionē hoium tolerabat lex illa veteris teſti:⁊ tn̄ legem iſtam ita imperfecta; vocabat Moyſes optimā:⁊ laudabat eā corā iſraelitis dicēs iſraelitas eſſe inclytā nationē q̄ talē legem hēbāt Deut.4.⁊ hoc vt incitaret iudeos ad obſeruandū eā.

D
De⁹ loq̄bat moyſi i colūna nub̄ cūctis vidētib⁹ ne incredulus iſrael diceret legē eē a moyſe nō a deo.

E
De⁹ adeo erat familiaris iudeis ꝙ q̄ſi rn̄dēdo vr̄ legēti ſuā auctoritate; minuere. faciebat aūt hoc d̄s ēt in reb⁹ minimis rn̄dēdo ne iudei ꝯſulerēt d̄mones ⁊ idolatrarent.

¶Caplm.53.Q; in nouo teſtō nō ſunt neceſſarij prophete nec alij modi cōſulendi dn̄m ⁊ quare.⁊ qn̄ accidunt dubia circa res nō maximas gd agēdū ſit.

A
Teſtamētū noui h; oia fundamēta neceſſaria ad ſalutē ꝑ xp̄m poſita:nec opus eſt modis ꝯſulendi deū q erāt in lege veteri.

In nouo aūt teſtō q̄ erat lex pfectiſſima ⁊ obſeruatores eius dēbant eē perfecti vel anhelātes ad pfectionē:non erat neceſſariū aligd iſtoꝝ.ſ. ꝙ nūc hērem⁹ ꝓphetas nec alios modos ꝯſulēdi dn̄z. Nā fundamēta neceſſaria ad ſalutē tā in ſideꝙ̄ in ope:oia iam poſita ſūt ꝑ xp̄m ⁊ per Apl̄os eius in ſcriptis que reliquerunt. Quātū ad cetera autē xp̄s reliquit ꝑtātem eccleſie ſue diſponēdi ſicut ipſe diſponeret ſi nobiſcū in carne cōuerſaret.Pro rebus aūt minimis nō fuit iuſtu; ꝙ in nouo teſtō daret aligs modus cōſulendi deū: ſicut ꝓ aſina ⁊ veſte ⁊ ſimilibus:cum potius talia xp̄s nr̄ docuerit cōtēnenda:⁊ ſi perierint patiēter tolerādū ꝙ̄ ꝙ ſup eis dn̄m cōſuleremus.nimis.n.ad hec tꝑalia confectus eſt q pro rebus tā vilibus dn̄m vult cōſulere. ſed iſtud repugnat ſtatui noui teſtamēti in quo tota nr̄a cōuerſatio in celeſtibus hn̄da eſt: ſicut Apl̄s nos docuit.⁊ de his tꝑalibus:potiſſime de paruis minima cura agenda eſt.Nā ēt in lege veteri iniuſtū erat ⁊ ꝯ diuinā reuerētiā ꝙ pro tā vilibus ⁊ puis rebus dn̄m cōſulerent hoies.tolerabat tn̄ deus iſta vt dcm̄ eſt:vt iudeos extraheret ad idolis ad que cōſulenda ⁊ colēda mox pergerēt.¶In rebus aūt maioribus pertinētibus ad ſtatum nr̄m:vtpote qn̄ hoie; vel ciuitates aut regna ſunt in aduerſitatibus:lex noua dat remedium oꝛonis.⁊ ſi deuote orauerimus deus exaudiet nos certiſſime:⁊ cōcedet qd̄ petimus:vel ſaltem dabit nobis illud qd̄ ſcit vtile eſſe.Sicut p; Lu.11.ſ.petite ⁊ accipietis:pulſate ⁊ aperiet vobis.ſ.ſigs petat a patre ſuo piſcem nō dabit ei lapidem:aut ſi petat ouum nō dabit ei ſcorpionē.⁊ ſequit.ſi vos cum ſitis mali noſtis bona data dare filijs vr̄is: quātomagis p̄ meus celeſtis dabit ſpiritū bonū petētibus ſe: In hoc autē eſt magn⁹ honor deo:q̄ qn̄ nos oramus ipſum l; nobis nihil

B
Xp̄s de minimis ⁊ d̄ tꝑalib⁹ nō p̄cepit ꝯſulere dn̄m cu; docuerit iſta ꝯtēni:⁊ eoꝝ iacturā ꝑꝑ ſe patiēter tolerari.

C
Teſtm̄ nouū i rebus maiorib⁹ d̄dit ſalubre remediū oꝛonis affirmādo ꝙ gcquid ſancte petim⁹ infallibiliter cōſeq̄mur.vid̄ Lu.11.

D
Fidei meritum magnope in nobiſ augeť: cū oꝛā do credim⁹ deū exaudiſſe: ꝫ non rn̄deat nec ſigna aliq̄ videam⁹ ſed nos credim⁹ q: xp̄s id affirmauit.

nihil rn̄deat:credimus certiſſime ꝙ exaudit nos: ⁊ ꝙ
dat nobis id quod vtile eſt nobis. Etiam eſt nobiſ val
de vtile:q: per iſtum modum pendet totum negociuꝫ
noſtrum in fide ⁊ meremur multuꝫ per iſtam fidem:cū
ꝫ non videamus aliqua ſigna exauditionis ꝯfidamus
deū reſpicere ad preces noſtras: ⁊ hoc ſolum q: ipſe di
xit hoc per euangeliſtas ſuos: ⁊ nos credimus verbuꝫ
ſuū tanti vigoꝛis eē ꝙ non pōt vllo mō deficere.

¶ Caplm. 54. Q: circa res magnas in moꝛibus ⁊ in fi
de eccleſia hꝫ ptātem diffiniendi ſicut chꝛiſtus ſi p̄ſens
eſſet: ⁊ ꝙ non pōt in hoc errare: ⁊ ꝙ magis vtile eſt
nobis hr̄e iſtum modū q̄ꝫ habere ꝓphetas vel alios
modos conſulendi dominum.

A
Eccl̄ie dedit xp̄s ptātē determinā di circa res cōtē tioſaſ ſiue in fide ſiue in actōib⁹. ⁊ q̄cq̄d eccleſia de creuiſſet ꝓmiſit ſe xp̄ſ ꝯfirmatuꝝ vide matth. 18.

Circa res aūt magnas q̄ ve
niunt in contētio
nem ſiue in fide:ſiue in actionib⁹ di
miſit eccl̄iā ſuaꝫ que oꝛdinaret: ⁊ qd
ipſa faceret deuſ appꝛobaret ac ſi ip
ſe p̄ſens in carne aſſumpta faceret.
hoc ſignať Matth. 18. ſ. q̄cūqꝫ ſol
ueritis ſuper terrā erūt ſoluta ⁊ in celo. i. quecūqꝫ voſ
manentes ſup terrā ſolueritis erūt ſoluta in celo. i. ego
qui maneo in celo illa ſoluo: ac ſi manerem in terra in
ter vos. Et ſic qn̄cūqꝫ ſcā dei eccleſia agit aliq̄d in noīe
xp̄i quātumcūqꝫ graue illud videať nunq̄ꝫ errat quaſi
deus eſſet actualr̄ ei cooperādo. ⁊ hoc ſignať Matth.
18. poſtq̄ꝫ dcm̄ eſt de ptāte ipſi eccleſie data in clauib⁹
ligandi ⁊ ſoluendi. ſubdiť. vbicūqꝫ fuerint duo vel treſ
ꝯgregati in noīe meo in medio eoꝝ ſum. ⁊ iterū. ꝺ qua
cūqꝫ re ꝯſenſerint duo vel tres de vobis ſup terram ſi
et illis a pr̄e meo. Iſta aūt certa ſunt: q: xp̄s ſic ꝓmiſit:
⁊ q: ipſe ꝓmiſit eccleſie ſue aſſiſtentiam ſempiternam
Matth. 28. ſ. ego vobiſcum ſum vſqꝫ ad ꝯſūmationē
ſeculi. ⁊ q: dedit ei ptātem ad faciendū quecūqꝫ vellet:
⁊ ꝓmiſit appꝛobare ⁊ ꝯfirmare q̄cūqꝫ illa faceret: cer
tum eſt ꝙ eccleſia nunq̄ꝫ errabit: q: a ſpūſcō dirigitur.

B
Eccleſia i eo qd agit in noīe ieſu q̄tūcunqꝫ graue videatur nunq̄ꝫ errat.

C
Eccleſia iō nō pt errare q: ei ꝓmiſit xp̄s aſſiſtētiā ſuā ꝫ oēs hoies pticulares ex quibus eccleſia compoſita eſt poſſint errare.

Quāq̄ꝫ nos neſciamus quō eccleſia non poſſit errare:
cum videamus eam ꝯſtare ex hoibus quoꝝ q̄libet pōt
errare per ſe: non miremur ꝯfidentes ſolum xp̄i v̄bo:
q: ipſe qui ꝓmiſit ei aſſiſtentiā ſuaꝫ ad ſemp aſſiſtet ei.
quo aſſiſtente non poterit errare ꝫ ipſa de ſe poſſet er
rare ⁊ cadere. Sic. n. pꝫ de Apl̄is. nam xp̄s dixit ꝙ dū
adducerenť ante reges ⁊ p̄ſides non cogitarēt q̄d rn̄
dere dērent: q: i illa hoꝛa q̄ q̄rereť ab eis dareť ſibi q̄c
q̄d rn̄derent pleniſſime. Matth. 10. ⁊ Luce. 21. certū
eſt tn̄ apoſtolos viros ſimplices fuiſſe ⁊ ſine lr̄is ꝑ ma
ioꝛi pte. ⁊ dato ꝙ ipſi cogitarent ꝑ multos dies neſci
rent rn̄dere ad omnia que ab eis querebanť: quanto
magis cuꝫ nihil cogitarent. ⁊ tamen ſic faciebant quia
nihil cogitabant quando interrogabantur: ⁊ reſpōde
bant pleniſſime ita prudentiſſime ⁊ efficaciter ꝙ oēs
audientes mirabanť. ipſi tn̄ videbant ſe rudes ⁊ nihil
ſcire: ꝯfidebant tn̄ verbo xp̄i ꝙ non mentireť ⁊ ꝓti
nus veniebat eis abundantia eloquioꝝ: q: non erāt ip
ſi qui loquebanť: ſed ſpūſſcūs qui loquebať in eis. Lu
ce. 21. Ita igiť ſancta ⁊ bn̄dicta mater nr̄a alma eccle
ſia ſponſa xp̄i que maioꝛ eſt q̄ꝫ q̄libet Apl̄s: imo maioꝛ
q̄ꝫ oēs ſimul ⁊ oēs ſci: quā xp̄s dilexit ſuper oīa vt ait
Apl̄s ad Ephe. 6. ſ. diligite vxoꝛes vr̄as ſicut xp̄s dile
xit eccleſiā: ꝑꝑ quā oīa fecit ⁊ oīa paſſus eſt: nec dubi
tauit ſe amariſſime moꝛti tradere vt eam redimeret in
ſanguine ſuo: ſciens ꝙ ſpōſus ſuus ꝓmiſerit ſibi aſſi
ſtentiā ⁊ ꝙ nō poſſet errare nec poꝛte inferi p̄ualerent
aduerſus eā: ꝯfidens de veritate immutabili verbo
rū ſponſi ſui xp̄i aget q̄cunqꝫ ei viſa fuerint ⁊ nunq̄ꝫ er
rabit: q: non eſt ipſa que opať: ſed ſpūſſcūs qui ſibi aſ
ſiſtit ⁊ eā regit. cum magis veriſimile ſit ꝙ xp̄s regat
eccleſiā ſuam ꝑꝑ quā oīa fecit q̄ꝫ vnum de Apoſtolis
q̄ erat pars ſatis ꝑua collatus ad totā eccleſiaꝫ: ⁊ Apl̄i
erant ptes ⁊ quodāmodo ſerui vel miniſtri eccleſie et
ꝑꝑ eccleſiam: ⁊ eccleſia poterat eos vocare ſuos vel reſ
ſuas. qd pulchꝛe declarat Apl̄s loquens toti eccleſie in
ꝑſona Coꝛinthioꝝ. ſ. oīa enim vr̄a ſunt: ſiue Paulus:
ſiue Apollo: ſiue Cephas: ſiue mundus: ſiue vita: ſiue
moꝛs: ſiue preſentia: ſiue futura: oīa. n. veſtra ſunt: vos
aūt xp̄i: xp̄s aūt dei. ¶ Cum ergo alma mater eccleſia

D
Eccleſia maioꝛ ē nō ſolū q̄ꝫ q̄libet apl̄s ſꝫ etiaꝫ q̄ꝫ ſi mul oēſ ſancti cū ſit ſpōſa xp̄i quā ip̄e dilexit ſuper omnia.

E
Eccl̄ia i ſuiſ opa tiōib⁹ nō opať ip ſa ſꝫ ſpūſſcūs eā regens.

F
Xp̄s potiuſ ⁊ fir mius eccleſiā regit q̄ꝫ apl̄os qui erāt ſerui ⁊ mini ſtri eccleſie. imo eccleſia ē maioꝛ toto mundo pre ter chꝛiſtum.

ſit maioꝛ oībus Apl̄is ⁊ ſcis ⁊ toto mūdo: ⁊ oībus re
bus preter q̄ꝫ xp̄o hoīe: ⁊ xp̄s tantam curaꝫ habebat de
quolibet Apoſtoloꝝ ꝙ per ſpm̄ſcm̄ mouebat linguas
eoꝝ: ita vt nō poſſent errare nec in vno verbo: a foꝛtio
ri reget eccleſiā ſuam vt illa in nullo poſſit errare dif
finiēdo. Nos aūt credētes hoc meremur: q: credimuſ
illud fieri a deo qd non videmus. ideo eſt iſte modus
oꝛdinationis ꝯuenientiſſime in nouo teſtamēto. ⁊ non
opꝫ eſſe nunc ꝓphetas vel aliquos alios modos per
quos dominum conſulamus.

G
Xp̄ſ ſi rexit apoſtolos ita vt errare nō poſſēt nec in vno v̄bo multo magiſ regit eccleſiam.

¶ Caplm. 55. Q: in nouo teſtamēto in eccleſia p̄mitiua
fuerūt multi ꝓphete ⁊ quare hoc: ⁊ ꝙ pauco tp̄e dura
uit: ⁊ quare inter iudeos multo tp̄e durauit: ⁊ ante ad
uentum chꝛiſti ceſſauerunt ꝓphete ⁊ aliꝫ modi con
ſulendi dominum.

Verum eſt ꝙ a p̄ncipio eccle
ſie p̄mitiue cuꝫ ad
huc hoies eſſent teneri in fide ⁊ no
ui fuerunt aliqui ꝓphete chꝛiſtiano
rū. ſicut legiť Act. 11. c. ꝙ antiochie
erant aliqui viri ꝓphete: de quibus
vnus p̄dixit famē que futura erat in
toto oꝛbe tp̄e Claudij impatoꝛis. ⁊ tunc oēs xp̄iani pa
rauerūt ſe ad mittendū elemoſynaꝝ ſuſtentationeſ ſcis
qui erant in hierl̄m. Fuit ēt alius ꝓpheta xp̄ianus no
mine Agabus: q̄ accipiens zonā Pauli dixit. virū cu
ius zona hec eſt alligabunt vel ꝑſequenť in hieruſalē:
denotās ei ꝑſecutiones que ibi ei euenerūt Actu. 20. ⁊
ſic poſtea fcm̄ eſt. Apoſtolus ēt. 1. Coꝛin. 14. ſepe noīat
ꝓphetas q̄ erant in eccleſia: ex quo innuit ꝙ multi erāt
⁊ quaſi cōmune erat tūc eſſe ꝓphetas: imo nulla erat
tunc particularis eccleſia in qua nō eſſent tunc ꝓphete
valde plures q̄ꝫ in veteri teſtamēto. vnde Paulus in
eo. c. declarat ꝙ inter dona q̄ dabanť tunc fidelib⁹ erāt
duo magis vſitata. ſ. genera linguarū. i. loqui diuerſis
linguis: ⁊ ſpiritus ꝓphetie. ⁊ erat ꝯtentio inter Coꝛin
thios an dignioꝛes eēnt qui loquebanť linguis vel ꝓ
phete: ⁊ per multas rōnes oſtendit ꝙ ꝓphete erant di
gnioꝛes: ⁊ ſuadet oībus Coꝛinthijs oꝛare deum ꝙ det
eis ſpm̄ ꝓphetie. ⁊ apparet per ea q̄ dicunť ibi ⁊ prece
denti. c. ꝙ erant valde multi ꝓphete in eccleſijs Coꝛin
thioꝝ ⁊ in oībuſ alijs eccleſijs. Philippus ēt diſcipuluſ
vel vt alij volunt Philippus apl̄s ſepteꝫ filias habuit
ꝓphetiſſaſ que in v̄ginitate ꝑſeuerauerūt Act. 20. *po
ſtea tn̄ cum fides aliqualiter radicata eſt nō fuerūt ꝓ
phete in eccleſia ſicut fuerūt tp̄ibus antiquis. ¶ Inter
iudeos aūt ſicut ſupꝛa diximus multo tp̄e ante xp̄i ad
uentū ceſſauerūt ꝓphete ⁊ oēs modi cōſulendi deum.
Hoc pōt eſſe ꝓpter duo. ¶ Pꝛimo ꝓpter peccata iu
deoꝝ. nā ante tp̄a machabeoꝝ multū peccauerāt iudei
iungentes ſe gentilibus: ⁊ petentes a rege antiocho ꝙ
mandaret eis cuſtodire leges gentiū: ⁊ ceſſarent leges
dei. 1. Machabeo. 1. c. ⁊ iter ſacerdotes magnos erāt
grauiſſima peccata: ita vt venderenť ⁊ emerenť ſacer
dotia: ⁊ occiderenť ab inuicem ſacerdotes deſiderio do
minādi vt pꝫ. 2. Macha. 4. 5. et. 6. Et tn̄ ꝓpter peccata
aliq̄n deus ſubtrahebat ſe a rn̄dendo. ſic. n. fuit in Sau
le qui peccauerat grauiſſime occidendo ſacerdoteꝫ dn̄i
1. Regū. 22. ⁊ ob hoc cum q̄reret a dn̄o reſpōſum itu
rus ad bellum: noluit deus ei rn̄dere. ⁊ patet. 1. Reguꝫ.
28. ſ. cōſuluit Saul dn̄m: qui non rn̄dit ei per ꝓphe
tas: nec ꝑ ſacerdotes: nec per ſomnia. ¶ Scdo pote
rat eſſe hoc q: appꝛopinquabat tempus ꝑfectionis in
quo chꝛiſtus venturus erat. nam cum iam iudei pluſq̄ꝫ
ꝑ mille ⁊ trecentos annos conſueti fuiſſent ad cultum
dei ⁊ obſeruatiōeꝫ legis: erant aliqualiter diſpoſiti ad
tendendum ad perfectionem ⁊ magis firmiter adhe
rendum deo ꝫ non viderent ſigna. ideo deus non mit
tebat ꝓphetas ⁊ ceſſabant alij modi conſulendi. ſic
enim erat illud tempus quaſi quedam diſpoſitio ad
legem nouam: in qua nec ꝓphete nec aliqui modi
conſulendi dn̄m futuri erant. Ecce quanta dr̄ia perfe
ctionis ⁊ imperfectionis inter legem nouam et vete
rem. ⁊ omnia hec erant: q: ſuſcipientes legem veterem
erant valde imperfecti: ⁊ ſuſcepturi legem nouaꝫ erāt
diſpoſiti ad tendendum ad perfectionem.

A
Eccleſia p̄miſ tp̄ibus hūit ꝓphetaſ ꝑꝑ teneritudinē ⁊ nouitatē fideliū vide Actu. 11. et. 20. et. 1. ad coꝛin. 14.

B
Prophe plures q̄ꝫ in veteri teſtō erāt in qualibet eccleſia pticulari tp̄e apl̄oꝛum.

C
Dona p̄ncipalia q̄ dabanť a xp̄o p̄mitiue eccleſie erant duo. ſ. gr̄a linguaꝝ ⁊ ꝓphie ꝺ q̄b⁹ erat ꝯtētio qd eēt digni⁹. ſꝫ ꝓphia ē dignioꝛ.

D
Philippus apl̄s vel diſcipulus ſeptē filias habuit v̄gines ⁊ ꝓphetiſſas vide actuum. 20.

E
*Prophe ceſſauerunt poſtq̄ꝫ ſides xp̄i fuit radicata.

F
Prophe iudeorū ceſſauerūt an̄ xp̄i aduētū ꝑ multū tp̄s ⁊ ꝑꝑ pctā ppl̄i totius: ⁊ ꝑꝑ ꝑfectōis legē aduentanteꝫ.

G
Iudei ꝑ mille ⁊ trecētos ānos aſſueti diuino cultui diſpoſiti videbanť ad perfectionē ēt ſi nulla ſigna viderent.

A
Obiectio ꝙ lex noua non debuit eē lex ꝑfectōiſ qꝛ nō ſolū dabatur iudeis diſpoſitis ad ꝑfectionē ſed gentilibus q non dēbāt tranſire a puro malo ad purū bonū ſine medio.

B
Lex noua dēbat eē lex ꝑfecta qꝛ i diſpōnē gentiliū ſupplebat gratia chriſti.

C
Baptizatꝰ i pͥmitiua eccleſia tātaꝫ gr̄aꝫ ꝯſequebaꝝ a xp̄o ꝙ paratꝰ erat mori ⁊ q̄cūq; mala pati pro eo.

D
Miracula faciendi ptās dabaꝝ cūctis in pͥmitiua eccleſia credētibꝰ vide matth.16.

E
Miracula faciendi ptās ſublata eſt ceſſante perſecutione vt maius eēt meritū fidei. ſꝫ manēte fide ſi neceſſe ſit manet i nobis ptās miraculorum.

F
Lex moyſi iducebat onera obſeruātiaꝝ ⁊ nō cauſabat gr̄am.

¶ Caplm̄.56. An fuit ꝯueniens totā legē nouā eſſe ꝑfectam totaliter cū dēret dari hoībus imperfectis.ſ.gentilibus.⁊ ꝙ quātūcūq; eſſet lex noua ꝑfecta qlibet homo quātūcūq; imꝑfectus poterat eam recipere.⁊ tn̄ ſi lex vetus habuiſſet aliqd de ꝑfectione nullus homo potuiſſet eam tolerare.⁊ quare hoc.

SEd tunc oriꝝ difficultas.diceret.n.aliqs ꝙ lex noua nō debuit eſſe tante puritatiſ ⁊ ꝑfectionis:qꝛ nō ꝯueniret eis qbus dabaꝝ.nā ſicut ea rōne qua lex vetꝰ nō debuit eſſe totaliter bona:ſed vt ita dicam aliqualr̄ mala ⁊ imꝑfecta: qꝛ illi qui ſuſcepturi eā erāt iꝑfecti erant.ita ⁊ ſuſcepturi nouā legem erāt imperfecti. Nā ſi lex noua debuiſſet dari ſolis iudeis q iam per mille ⁊ quaſi ſexcentos annos aſſueti erant colere deum ⁊ ſubijci ei per legem Moyſi:⁊ per hoc erant diſpoſiti aliqualiter tēdere ad perfectionē ꝯuenienter ſtaret:tn̄ lex noua erat lex generalis que danda erat toti orbi ſicut xp̄s dixit. Ite ꝑ vniuerſum mundum ⁊ p̄dicate euangelium omni creature Mar.16.⁊ ſic gētiles ſuſcepturi erāt eam q tn̄ erāt dediti cultui idoloꝝ ⁊ omni malo.quō ergo trāſirent ſine medio ō puro malo vt ita dicā ad purū bonū? ¶ Rn̄dendū ꝙ lꝫ gētiles ⁊ quicūq; hoīes ſuſcepturi eſſent legeꝫ nouā:quātūcūq; illi eſſent imperfecti ꝯueniens fuit legem nouā eſſe ita perfectā:qꝛ id qđ deerat ex parte diſpōnis hominū ad ſuſcipiendū legem tam ꝑfectā: ſupplebat gr̄a que dabaꝝ cum lege chriſti. ita vt merito vocaretur lex gratie. ſicut dicitur Joan.1.ſ.lex per Moyſen data eſt:gr̄a autē ꝑ Jeſuꝫ xp̄m fcā eſt. Et ſiebat ſic:ꝙ qñcūq; in pͥncipio pͥmitiue eccleſie aliqs conuerteret ad fidem chriſti ⁊ baptizareꝝ:dabaꝝ ei tanta charitas ⁊ tam feruens:ꝙ erat paratus pro Chriſto q̄cūq; mala pati. ¶ Et nō ſolum hoc:ſed illico vt hoīes credebant dabaꝝ eis ptās faciendi miracula vt patet Mar.16.ſ.ſigna aūt eos q i me crediderint hec ſequētur:ſerpentes tollent:linguis loquunꝝ nouiſ:ſuꝑ egroſ manus imponent ⁊ bene hēbunt:⁊ ſiqd mortiferū biberint non eis nocebit.iſta miracula ⁊ multa alia faciebant qui ad xp̄m ꝯuertebanꝝ in eccleſia pͥmitiua. Hoc aūt durauit toto tꝑe quo p̄dicata fuit fides quouſq; radicareꝝ:⁊ quādiu durauerūt ꝑſecutiones magne gentiliū ꝯ eccleſiā.poſtea aūt exercitatis hoībus ad fidem chriſti manſit ſola fides ꝯuerſis ad xp̄m:⁊ non daꝝ poteſtas faciendi miracula vt magis cōprobeꝝ fides qui miracula nō viderit. ¶ Uerū eſt tn̄ ꝙ cum maneat in nobis fides : ſi neceſſe eſſet poſſemus facere miracula:qꝛ xp̄s dixit.ſi habueritis tantā fidē ſicut granum ſinapis dicetis huic monti:trāſi ⁊ trāſibit:⁊ dicetis huic arbori moro: eradicare ⁊ tranſplantare in ꝓfundum maris ⁊ obediet vobis:qꝛ nihil impoſſibile eſt credenti.Matth.17.⁊ Luce.17.⁊ talia miracula multi parū ante tꝑa noſtra fecerunt dū viuerent:⁊ nunc mortui facere non deſinunt. ¶ Non ergo erat difficile homini quātūcūq; imꝑfecto ſuſciꝑe legem chriſti que erat perfectiſſima:qꝛ ipſa iducebat ſecū perfectionē ⁊ faciebat hoīem ꝑfectum mox vt crederet. Secus aūt erat de lege Moyſi:qꝛ illa inducebat magna onera obſeruātiarum:⁊ nō inducebat nec cauſabat aliquā gratim adiuuantem.ideo ſic vt iacebat cuꝫ imꝑfectionibus ſuis vix poterat tolerari vt diciꝝ Actu.15.hoc eſt iugūꝫ quod nec nos nec patres noſtri ferre potuimus. quanto magis ſi induxiſſet aliqd de perfectione.hoc ſignat Apl̄s ad Hebre.7.ſ.neminem ad perfectum deduxit lex.i.lex non dabat homini aliquam perfectionem per obſeruantiam ſuam:quia non dabat aliquam gratiam ſicut continet fides chriſti. Manebat ergo lex vetus cū imperfectionibus ſuis:⁊ non debuit continere maiorem perfectionem. lex autem noua debuit habere totalem perfectionem.

¶ Caplm.57. In quo ponuntur quattuor cauſe quare legiſlatio nulla humana vetat omnia vitia:⁊ ꝙ non licet alicui legiſlatori quātūcūq; chriſtiano vetare omnia vitia:⁊ ꝙ in lege humana non poteſt nec debet dari gratia:in lege Moyſi potuit dari gratia:ſed non debuit dari:⁊ multa notabilia.

SEd dicetur quare cū lege Moyſi q̄ erat lex veri dei non dabaꝝ gr̄a ſicut cum lege noua : ⁊ poſſent hoīes tūc eſſe perfecti:⁊ lex poſſet eſſe ꝑfecta ⁊ ꝯtinere ea q̄ ꝯtinebat lex noua abiectis imꝑfectionibꝰ quas ꝯtinebat. ¶ Dōm ꝙ non fuit ꝯueniēs:qꝛ gr̄a non debuit dari cū lege ſed cū ſaluatore nr̄o:qꝛ ſi ex lege hr̄emus gr̄am ⁊ ꝑficeremur:nō videreꝝ neceſſaria morꝫ xp̄i:qꝛ nihil ſuꝑduceret.debuit ergo tūc gr̄a ⁊ ꝑfectio venire qñ mors xp̄i trāſiſſet:vt appereret ꝙ ex morte xp̄i ⁊ ꝑ fidem iuſtificareꝝ hō:⁊ non ex oꝑibus legis:vt magis teneremur deo.nā qui iuſtificaꝝ ex oꝑibus legis:ex proprijs.i.ex operatione ſua iuſtificatur.⁊ ſic quodammodo ſuum eſt ꝙ iuſtificetur. qui autem iuſtificatur ex paſſione xp̄i per fidē illius:manifeſte appꝫ ꝙ iuſtificatur ex alieno.ſ.ex merito xp̄i.ideo totū qcqd hꝫ ſcit ſe dēre illi:qꝛ totū ſcit accepiſſe ab eo. Erat tn̄ tꝑe veteris teſtamēti gr̄a.ſ.gratum faciēs qꝛ ſine gr̄a nemo poteſt ſaluari.ſed iſta nō erat ex oꝑibus legalibus:ſꝫ magis ex fide implicita vel explicita mediatoris per queꝫ factura erat.* ſicut ꝓbat Apl̄s ad Ro.10.ſ.ꝓbans ꝙ Abraā nō iuſtificatus eſt ex oꝑibus legis:nec per circūciſionē:qꝛ anteq̄ꝫ circuncidereꝝ erat iuſtus.nā circūciſus fuit Gen̄.17.⁊ vocaꝝ iuſtuſ Gen̄.15.ſ.credidit deo Abraam ⁊ reputatū eſt ei ad iuſtitiā.fides ergo iuſtificauit eū.‖ Sic ēt erat de gentilibus q erāt tꝑe legis veteris.nā poterant oēs illi ſaluari ⁊ multi eorū ſaluabātur.⁊ tn̄ nemo illoꝝ ſeruabat legē Moyſi:ſed ex recta fide quā de deo hēbāt iuſtificabanꝝ.ⁿ ¶ Appꝫ ergo ex p̄dictis ꝙ ſola lex noua debuit ⁊ potuit ꝯtinere totalem ꝑfectionē ⁊ puritatē:qꝛ ipſa ſola attulit gratiam alleuiantē labores per quā poſſet hō tendere in opus quātūcūq; arduū. Nulla aūt lex ante ipſam debuit continere totalē ꝑfectionē ⁊ puritatē vitādo oīa mala.

¶ Caplm.58. In quo ponunꝝ quattuor cauſe quare legiſlatio nulla humana vetat oīa vitia:⁊ ꝙ nō licet alicui legiſlatori quātūcūq; xp̄iano vetare oīa vitia: ⁊ ꝙ in lege humana non pōt nec dꝫ dari gr̄a.in lege Moyſi potuit dari gr̄a ſꝫ nō debuit.in lege autem xp̄i potuit ⁊ debuit dari ⁊ multa notabilia.

EX hoc autem pꝫ quare leges legiſlatoꝝ qui ſunt puri hoīes nō puniūt oīa mala. Naꝫ non ſolum de illis qui ante xp̄m legeſ cōdiderūt:ſed ēt de illis q ſub lege xp̄i exñtes ꝓdunt iura ꝑplis dōm ꝙ nūq̄ꝫ dēn ꝯdere aliquā legiſlatiōeꝫ ꝑ quā oīa vitia tollanꝝ ⁊ puniantꝝ. Nā lꝫ catholicus legiſlator nunq̄ꝫ dꝫ dare legem per quā approbet aliqđ vitiū:qꝛ hoc eſſet incitare ad peccandū:tn̄ nec dꝫ dare legem punientē oīa vitia.ſed in qbuſdam illoꝝ ſub ſilentio trāſeundo cōmittere hoīes ſue libertati. Et hoc eſt circa illa vitia q̄ vix euitari pñt:ſicut fornicari ſimpliciter.ſ.cū meretrice pctm̄ eſt:⁊ tn̄ legiſlator non dꝫ hoc tollere:qꝛ ſi tollit inducit magna ſcādala ⁊ maiora peccata.ſicut dixit btūs Augu.tolle meretrices de ciuitate:⁊ oīa libidine cōturbabis.Etiā loqui ocioſe peccatum eſt:quia reddemus rationem de illo in die iudicij Matth.12.tn̄ legiſlator hoc nec vetat nec punit. Etiā mala cogitare pctm̄ eſt:⁊ tn̄ non punit illud lex ciuilis ſꝫ potius lex dicit:cogitationis praue nemo penā meretur. ¶ Cauſa huiꝰ quadruplex eſt.pͥma ⁊ que eſt ad ꝓpoſituꝫ eſt iſta.ſ.ꝙ euitare oīa vitia ad vnguē eſt opus ſupra hoīem purū:nec pōt fieri ſine gr̄a adiuuāte.ideo illa ſola lex dꝫ vitare ⁊ punire oīa vitia que dat gr̄am ⁊ adiuuamen ad fugiendū illa.lex aūt humana nō dat aliquā gr̄am:qꝛ eſt a puro hoīe data qui gr̄aꝫ dare nō pōt. Lex aūt Moyſi lꝫ eſſet a deo vero q poterat dare gr̄am:noluit tn̄ eam dare cum illa lege:qꝛ non decebat vt ſupra ꝓbauimus:eo ꝙ nōduꝫ venerat mediator dei ⁊ hoīum ꝑ quē gr̄a effectiue ⁊ meritorie deduceretur. In lege aūt veteri lꝫ deꝰ effectiue poſſet deducere gr̄aꝫ: nemo tn̄ adhuc erat q meritorie eaꝫ deduceret. ideo lꝫ erat poſſibile

A
Obiectio q̄re gr̄a nō data ē cū lege moyſi cū ſit lex veri dei ita vt abiectis imꝑfectiōibꝰ poſſēt ꝑ ea hoīeſ eſſe perfecti.

B
Gr̄a debuit dari nō ꝑ legē ſed ꝑ mortē xp̄i: qꝛ ſi ꝑ legē gr̄a data eēt mors xp̄i fuiſſet ſuperflua.

C
Juſtificatio nr̄a nō ex oꝑibꝰ nr̄is ē ſꝫ ex morte xp̄i ⁊ ex fide.

D
Gr̄a gratuꝫ faciens in veteri lege nō deerat ſed nō ꝑ legē hēbaꝝ ſꝫ ꝑ fidē īplicitaꝫ vel explicitā mediatoris:vide ad roma.10.

E
*Gr̄a non hēbaꝝ per circūciſionē.

F
‖Gr̄a ꝑ fidē veri dei hēbaꝝ a gētilibꝰ ſine obſeruatōe legaliū.

G
ⁿLex euangelica ſola debuit hēre totalē ꝑfectioneꝫ ⁊ puritatem.

A
Legiſlator catholicus lꝫ nō dꝫ dare legē approbātē vitiū aliqđ:dꝫ tn̄ p̄teriꝝ ſub ſilētio aliq̄ vitia ne videantur hoīes ſubire oīmodam ſeruitutē. ⁊ hoc ē ō his vitijs q̄ vix pñt euitari vt fornicatio ſimplex.

B
Uitia oīa euitaꝝ opꝰ ē ſupra purū hoīem iō ſola lex dans gr̄aꝫ oīa vitia precipit euitāda.

C

Grã i lege noua potuit ⁊ debuit dari qr legiſlator fuit xp̃s ver⁹ de⁹ p̱ quẽ effectiue eſt grã: ⁊ per mortẽ ſuã grãm meruit oĩbus in ſe credentibus.

D

Legiſlator hũanus vitãdo vitia oĩa introduceret maiora ⁊ ſcãdaloſiora ⁊ turbaret ſtatũ reipublice. cũ lex dẽat eẽ ad trãquilitatem reipublice.

erat poſſibile cum illa lege dari gratiã: nõ tamen erat iuſtum. ⁊ ſic deus noluit peruertere ordinem iuſtitie. In lege autem noua potuit ⁊ debuit dari grã rõnabiliter. potuit quidem: qr lator eius fuit xp̃s verus deus omnipotẽs. debuit ẽt qr lator eius fuit ille qui per mortẽ ſuã lauerat peccata noſtra ⁊ meruerat grãʒ a deo ꝓ omnibus hoĩbus q̱ in eum crederent. ⁊ ob hoc iſta ſola de oĩbus legibus debuit eſſe illa que debuit ꝓhibere ⁊ punire oĩa vitia: vel ſalteʒ nullũ ꝑmittere. ¶ Scḋa cã ẽ ad tollẽdũ ſcãdala ⁊ occaſiões ad maiora mala: qr aliqñ volẽdo vitare vnũ vitiũ icideret in aliud mai⁹. ſicut ſiq̱s vellet vitare ſimplicẽ fornicationẽ tollẽdo meretrices de vrbibus: induceret adulteria: inceſtus: ſtupra: ⁊ varias libidines: ita vt oĩa turbarent̃ libidinib⁹ ſicut dixit Augu. Sed legiſlator ponit leges ꝓp vtilitatem politie. ideo qñ per legẽ impedit̃ aut tollit̃ vtilitas politie aut turbat̃ bonus ſtatus ⁊ pacificus eius: lex nõ eſt bona nec tenẽda. ſʒ tale accideret ſi oĩa vitia legiſlator vitare vellet ⁊ punire: ideo nõ ꝑtinet hoc ad legiſlatorem: imo nõ licet ei facere: qr nõ eſſet legiſlator ſed euerſor vrbis. ¶ Tertia cauſa eſt: qr inutile erat ꝙ legiſlator humanus vellet vitare oĩa vitia per legẽ ſuã. nam leges vetant vitia: vt qñ aliq̱s inciderit in illa puniat̃: ⁊ ſic timore pene arceant̃ hoĩes a prauis ꝯſuetudinibus. ſunt tñ multa vitia que nunq̃ꝫ puniri poſſent nec cognoſci. ⁊ nõ dico aliqua vitia ꝑticularia: ſed gña vitiorꝫ. ſicut praue cogitatiões ⁊ ſimilia q̃ nunq̃ꝫ cognoſcunt̃ niſi quatenus reuelare voluerit q̱ cogitauit. ⁊ ſic nunq̃ꝫ poſſent venire ad iudiciale examen vt punirentur ſm̃ legem: ideo circa talia verſari legiſlatorẽ erat perdere opaʒ ⁊ leges fruſtra ꝯſcribere. ¶ Quarta cauſa eſt: qr leges dicunt̃ eſſe q̃dam directiua p̃cepta hominũ cõmunicantiũ eadẽ politia: ⁊ nõ ſunt leges niſi ad ꝯſeruandũ ſtatum politicũ: quia vt dicit Ariſto. 4. ethico. impoſſibile eſt ꝯſiſtere cõmunicationẽ aliquã ſine iuſto quodã. cum aũt deſinit totale iuſtuʒ ceſſat oĩs cõmunicatio. ⁊ qr politia eſt maxima ⁊ abundantiſſima cõmunicationũ vt pʒ. 1. Politi. c. 1. ⁊ oẽs alie ſunt ad illaʒ: neceſſe eſt in illa iuſtũ q̇dam eſſe inter cõmunicantes: vt diu ꝯſeruet̃ ſocietas politica. iſtud aũt iuſtum oſtendit̃ per leges. ideo bone leges politice duo ſolum hñt facere. ſ. dirigere quẽlibet hominẽ q̃uo bene ſe habeat ad totam ſocietatem politicam: ⁊ ad quẽlibet de ſocietate illa bene faciendo. Scḋm eſt ꝙ arceant homines a dãnis ⁊ iniurijs inferẽdis toti cõmunicationi ⁊ ſocietati politice: ⁊ cuilibet de illa ſocietate. ⁊ iſtud eſt principale: qr magis obligat̃ homo abſtinere a malefaciendo alteri: q̃ꝫ obliget̃ ad benefaciendũ ei. ¶ Ex quo patet ꝙ leges politice non hñt negociari niſi circa illud q̇ põt ꝑtinere ad cõmunicatiõeʒ vnius hoĩs cum altero: ſiue in faciendo bonum: ſiue in abſtinendo a malo eius. ⁊ ſi aliquid ſit q̇ non ꝑtineat vllatenus ad humanam cõmunicationẽ: lex politica non ſe debet de illo intromittere: qr excederet ꝓprium genus. ſicut ſe geometra tractaret de eo q̇ pertinet ad muſicuʒ vel ecõtrario. Et qr ſic eſt ꝙ aliqua vitia ⁊ virtutes ſunt que ad cõmunicationem humanaʒ nullo modo ꝑtinent. ſ. qr nec faciant eam bonã nec malam: nec adiuuant nec impediunt: non oʒ lex politica de illis ſe intromittere: qr ꝓprium genus ꝯſiderationis trãſcenderet. Sic eſt fornicatio ſimplex cum meretrice: qr in hoc nulli de cõmunitate paratur preiudicium nec impedit̃ bonuʒ publicum. Sic ẽt praua cogitatio quamdiu cõſiſtit in terminis ſuis: qr per eam nemini preiudicat̃. Sic ẽt eſt ocioſus ſermo dum tranſit ſine iniuria. Sic eſt ẽt diligere deuʒ vel non diligere: qr in hoc non nocetur ꝓximo nec bonum ei fit: ideo nullo modo expectat ad ponentes rectas leges politicas cõſiderare de his. Iſte autem virtutes vel vitia ſunt que faciunt hoĩem bonum ſimpliciter vel malum. i. non cõparando ad aliquẽ ſed in ſeipſo: ideo de his expectaret tractare ad ethicum ſiue moraleʒ ph̃m qui gñaliter loquit̃ ḋ v̇tute humana: ⁊ comprehendit ẽt monaſticuʒ. ¶ Sʒ adhuc circa talia nemo antiquorꝫ ph̃orꝫ curam plenam egit: nemo enim correxit vitam humanã vſq̃ꝫ ad vnguem niſi chriſtus. ideo illud de quo alij legiſlatores ⁊ ph̃i omiſerant tetigit principaliter. ſ. ordinare hoĩem ad deum per fidem charitatẽ ⁊ ſpem: ⁊ ꝯſtituere charitatem inter hoĩes mutuo. ẽt dirigere cogitationes. nam dixit ꝙ non ſolũ fornicari peccatũ erat realiter: ſed etiã videre mulierem ad cõcupiſcendũ eaʒ erat fornicari. Nemo tñ ph̃s quãtũcũq̃ꝫ circa mores diligens examinator de hoc curam egit. Etiã docuit homines benefacere inimicis ⁊ orare pro ꝑſequentibus. q̇ nulla vnquam ph̃ia docuit: ſed potius ꝯtra monita ⁊ p̃cepta ph̃orꝫ eſt hominem tolerare iniuriam vt p̱ Ariſto. patet. 4. ethi. c. de mãſuetudine. ſed dicit̃ ꝙ quaſdã tolerare non ꝯuenit: ⁊ ꝙ qui oĩa tolerat eſt in extremo ⁊ vocat̃ inſenſibilis. ⁊ tñ ſm̃ legẽ xp̃i oĩa tolerare docemur: qr charitas omnia ſuffert. 1. Corin. 13. ¶ Apparet ergo ex dictis ꝙ ad legiſlatores politicos non expectat vetare omnia vitia. ſola aũt lex chriſti eſt q̃ oĩa vitia oʒ vetare ⁊ vetat: ⁊ oĩa docet punienda eſſe. Rõ huius eſt qr lex chriſti eſt ad dirigendũ hoĩem ſimpliciter ⁊ in reſpectu ad aliquã cõmunicationẽ: ideo non ſolum debet vetare illa vitia que turbant vel impediunt cõmunicationem politicam: ſed ẽt omnia illa per que ſimpliciter hõ deordinatus eſt. ⁊ qr bonitas quaʒ intendit lex euangelica inducere in ſubditos eſt reſpectu dei. ſ. vt puri effecti per eam mereamur recipi ad dei ꝯſortium: ⁊ deus eſt pura bonitas ⁊ totũ bonuʒ in quo nulla macula nec impurũ aliq̇d eſt: opʒ recipiẽdos ad ꝯſortium eius eſſe totaliter puros: ⁊ ob hoc cauere debẽt omnia vitia ẽt minima: ⁊ ſectari oẽm virtutem. ⁊ ſi hinc nõ receſſerit homo oĩno purus: manet cõflatorium purgatorij ignis in quo purgant̃ anime ſeptuplum ſicut argentum puriſſimum: ⁊ tunc merentur admitti ad diuinum conſortium.

E

Leges politie ḋbent facere duo: dirigere ad bñfaciendũ reipublice ⁊ cuilibʒ ex ciuib⁹ ⁊ coercere maleficos a dãnis reipublice et ꝑticulariũ ciuiũ.

F

Lex politica nõ ſe dʒ itromittere ad illḋ q̇ ñ ſpectat ad humanã ꝯuerſationẽ: qr excederet ſuũ ꝓpriũ ⁊ adequatũ ſubiectum.

G

Lex politica nõ dʒ ſe itromittere ad vitia ⁊ virtutes ad humanaʒ cõuerſationẽ nõ pertinentes.

H

Ph̃s moraliſ ſoluſ tractat ḋ oĩb⁹ vitijs ⁊ v̇tutib⁹ ſʒ ip̱fecte: qr ſoluſ xp̃s correxit.

I

Patiẽter oĩa ferre docuit xp̃s q̇ ph̃i dixerũt eſſe impoſſibile.

K

Lex xp̃i ſola ꝓhibuit vitia non ſolũ p̱ q̃ politica cõicatio impeditur ſed p̱ q̃ q̱s eſt deordinatus.

¶ Capl'm. 59. Q̃uo legiſlator humanus dat leges de cultu diuino cũ non ſpectet ad politiam: ⁊ ꝙ non facit hoc niſi ordinando ad politiam. ſ. vt ſibi vtile. ⁊ an malũ ſit colere deũ ꝓp vtilitatem publicã vel p̱uatã.

falſuȝ: ⁊ ambo pñt eſſe falſa ſm legē ↄ̃ꝛioꝝ ⁊ ſubcōtrarioꝝ vel diſpatoꝝ. Abſurdū g̊ eſt dici talia eē ꝑ eccleſie approbationeȝ facta necīa: ita vt necio illa credere debeamus ſicut determinationē eccleſie. ℭ Itē pȝ hoc eſſe falſuȝ ex quadā diſtōne quā facit ſūmus pontifex circa auctoꝛitatē ſcōꝝ doctoꝝ: vt Auguſtini Ambꝛoſij Hieronymi ⁊ alioꝝ: ⁊ formaꝉ ſic rō. ſ. qñ aliquis liber ſeu aliqua opa alicuiꝰ doctoꝛis approbanꝉ ꝑ eccleſiaȝ: oīa illa opera ⁊ ꝑtes operis ſoꝛtiunꝉ equalē auctoꝛitatē ex ↄfirmatiōe vel approbatiōe eccleſie: cū eccleſia nō ſpālit̃ approbet vnā partē libꝛi vel opis: ſed totū librū: vel oīa opera. ſi g̊ ꝑ approbationē eccleſie hoc ↄferreꝉ ꝙ ipſa opa deberēt teneri iā vt firmiter vera ſicut determinatiōes eccleſie: cū nō poſſit eē maioꝛ auctoꝛitas alicuiꝰ ſcripture ꝙ̃ȝ vt nō poſſit dubitari de eiꝰ veritate: dicemꝰ ꝙ oēs ꝑtes iſtoꝝ operū approbatoꝝ ꝑ eccleſiā erāt ſimpliciter eq̄les ⁊ eiuſdē auctoꝛitatis cū de nullius ꝑtis eaꝝ veritate dubitari poſſit. hoc tñ̄ falſum eſt qꝛ libꝛi approbati nō ſunt eiuſdē auctoꝛitatis in ſin g̊ alijs ſuis ꝑtibus: qꝛ in decretis di. 20. c. de libellis ⁊ cōmētarijs diſtinguit ſūmꝰ pōtifex: ⁊ ēt ibi Gratianꝰ circa auctoꝛitatē ſanctoꝝ doctoꝝ. Et dicit ꝙ vbi iſti dixerūt aliqd qꝺ ꝑtinet ad fidei declaratiōnē ⁊ ſacre ſcripture explanatiōnē: magis credēdū eſt ſacris doctoꝛibꝰ ꝙ̃ȝ ſūmis pōtificibꝰ. vbi aūt dixerūt aliqd qꝺ ꝑtinet ad diffinitiōes cāꝝ ſcripta ſūmoꝝ pontificū ꝑ̃ferunꝉ ſcriptis ſcōꝝ doctoꝝ ꝙ̃tūcūqȝ ſancti ſint. ℭ Itē ex eodē fundamēto arguiꝉ ſic. vbi opera ſcōꝝ doctoꝝ vel alioꝝ exponentiū ſacrā ſcripturā ꝓcedūt ex ſolo acumine ingenij: ⁊ ex peritia ⁊ exercitatiōe ſcripture ⁊ nō tangūt ad mateꝛiā in qua regnaꝉ auctoꝛitas vel ꝑtās: ſicut eſt in expoſitionibꝰ ſacre ſcripture: ꝑ̃ferunꝉ doctoꝛes ⁊ expoſitoꝛes ſūmis pōtificibꝰ. vbi aūt tāgiꝉ mā̃ pertinēs ad litigiū ⁊ ꝑtātem nō equanꝉ ſcripta eoꝝ ſcriptis ſūmoꝛuȝ pontificū. ℭ Ex quo appet ꝙ plus ꝓ̃fuit ſcriptis eoꝛuȝ ꝓpꝛium ingeniū ꝙ̃ȝ approbatio eccleſie. ⁊ tñ̄ nullū ꝓpꝛiū humanū ingeniū eſt tāte certitudinis ꝙ errare nō poſſit: nec tāte auctoꝛitatis ꝙ ei manifeſtiſſima ratiōe aſſentiri debeat vel credi ꝙ ita ſit qꝛ illud aſſerit. ſicut dicit Aug. ⁊ habeꝉ in decretis diſt. 9. c. ego ſolis. Sȝ de quolȝ crediꝉ ꝙ errare poſſit. g̊ cū maxima fides ſcriptorū iſtoꝝ doctoꝝ ſcōꝝ ſit ꝑꝑ eoꝛū igeniū ⁊ ꝑitiā ſacre ſcripture vt colligiꝉ in decretis. 20. di. c. de libellis ⁊ cōmētarijs pariter cum dictis Gratiani ibi. Et gloſa. nullum ingeniū ꝙ̃tūcunqȝ ſit eſt tāte auctoꝛitatis gn̄ illud credaꝉ poſſe errare ⁊ erraſſe. ſeq̄tur ꝙ eccleſia ꝑ ſuā approbationē nō cōtulit ſcriptis ſuis ꝙ nō eſſet de eis dubitandū: ſed ꝙ necio illis aſſentireꝉ. ⁊ ſic libꝛi approbati per eccleſiā non hn̄tur ſicut determinatiōes facte ab eccleſia. ℭ Sȝ aliqs dicet ꝙ iſti doctoꝛes ꝙ̃tūcunqȝ eēnt altiſſimi igenij poterāt errare. eccleſia tñ̄ poſtea approbans eoꝝ opa oſtēdit ꝙ nullo mō errauerūt: ⁊ ꝙ dȝ eis adhiberi fides necio. ſed nō ſtat: qꝛ tūc oīa dicta ab eis in quacūqȝ mā̃ eēnt firmiſſima ꝑꝑ auctoꝛitatē eccleſie: ⁊ nō ꝑ̃ferret papa auctoꝛitatē ſuā operibꝰ eoꝝ in qbus nō attendiꝉ eoꝝ ingeniū: ſicut nec illis in qbus ꝓcedūt ex ſolo ingenio ⁊ peritia. ſed falſuȝ eſt vt ꝓbatum eſt. ſ. ℭ Itē ſi eccleſia ſcriptoꝝ alicuiꝰ doctoꝛis ↄſtitueret dicta ſua irrefragabilia. i. ꝙ ↄ̃dici eis nō poſſet nec de eiſ liceret vllatenꝰ dubitari: ſicut nec licet dubitari de eccleſie determinationibꝰ: neceſſe erat ꝙ eccleſia ꝑ̃us videret oīa illius doctoꝛis ⁊ diligēter diſcuteret de ſingulis dictis eius ad videndū ſi lateret in eis aliqs erroꝛ. ſicut ſit in ↄcilijs gñalibus qui repñ̄tant eccleſiā vniuerſaleȝ ⁊ noīe eius loquunꝉ ⁊ diffiniūt. qꝛ qñ aliqd diffiniēdū eſt maxime ſi ad fidē ꝑtinet diligētiſſime per cōgregatiōnē videꝉ ⁊ ꝑmittiꝉ qbuſcūqȝ obijcere: vt ſic videaꝉ veritas añ̄ꝙ̃ȝ diffiniaꝉ. ⁊ cū ſit tāta patrū numeroſitas ⁊ tam periti viri ex oībus ꝑtibus mūdi: ēt ſi res ſolo humano igenio agereꝉ difficile erat errare: ꝙ̃to magis cū ſpūſſcūs dirigat actiones ſynodales. ℭ Si aūt eccleſia approbaret opa alicuiꝰ nō diſcuſſis ſic diligēter ſingulis ꝑticulis eius ↄſtitueret ſe in magno periculo: qꝛ poſſet foꝛtaſſis apparere poſtea aliqd qꝺ falſuȝ eſſet: ⁊ illuderet eccleſie auctoꝛitas ⁊ firmitas. In approbādis tñ̄ libꝛis quoꝛūcunqȝ eccleſia nunꝙ̃ȝ tenuit iſtū modū ꝙ ſynodaliter ↄgregata de ſingulis ꝓpoſitionibꝰ eius ⁊ ꝑticulis diſputādo diligēter diffiniret: qꝛ iſto mō nō fuiſſet facta approbatio vniꝰ de libꝛis Aug. in ducētis annis ēt eccleſia ſemꝑ actu ↄgregata: cū videamꝰ ꝙ in oībus ↄcilijs gñalibus tam in eis que noſtri tꝑis ſunt ꝙ̃ȝ in eis que nr̃a nō vidit etas ſuꝑ ꝑuis ⁊ paucis articulis magnoꝝ tēpoꝝ contētiones ⁊ diſcuſſiōes fuerūt añ̄ determinatiōes. Quāto magis qꝛ tot ſunt libꝛi Aug. vt in mille annis h̓ mō plena nō fieret diſcuſſio ⁊ diffinitio. qd de libꝛis Hieronymi Ambꝛoſij ⁊ Gregoꝛij ⁊ reliquis quos approbauit eccleſia: de qbus in illa decretali Gelaſij pape: in decre. di. 15. c. ſcā Romana. nā ēt a xp̄i moꝛte vſqȝ huc ſemꝑ actu ſediſſet de his agēdo nō expleuiſſet retēto mō ſuo quē tenet ⁊ tenuit ſemꝑ ī diffinitionibꝰ ſuis. ℭ Item ⁊ potiſſime qꝛ quidā libꝛi ſūt de quoꝝ doctoꝝ v̓itate nullo mō poterat ↄſtare eccleſie etiā ſi ꝑ multos annos diſputaret ⁊ diſcuteret: ſicut eſt de libꝛo chꝛonicoꝝ Pauli oꝛoſij: q inter ceteros ab eccleſia approbatꝰ ⁊ laudatꝰ nimiū ē vt pȝ in allegata decretali Gelaſij pape. naȝ ille totꝰ eſt de geſtis tēpoꝝ ⁊ potiſſime de antiq̄ſſimis de qbꝰ ipſe nō collegit fidē niſi ex dictis ꝑ̃cedētiū cronographoꝝ quos iterdū allegat: cū ipſe nō iterfuerit oībꝰ illis de qbus agit. eccleſia etiā non poterat cognoſcere veritatē dictoꝝ iſtoꝝ niſi adhibēdo fidē antiqs cronographis quoꝝ pleroſqȝ errare ↄſtat: qꝛ in eodē facto inter ſe diſſentiūt. g̊ nō poſſet eccleſia tenere iſtuȝ modū in approbatione libꝛi Oꝛoſij ⁊ alioꝝ hiſtoꝛicoꝝ. ⁊ tñ̄ ille ⁊ alij ſimileſ approbati ſunt: g̊ eccleſia nō tenuit modū ſuuȝ in approbatiōe illoꝝ ita vt ↄſtaret ei ꝙ vera erāt oīa que approbabat. ℭ Iteȝ eccleſia approbat aliquos libꝛos quos nūꝙ̃ȝ vidit: ſiue ꝑ eccleſiā accipias papā approbantē: ſiue veriꝰ ↄcilium gñale cui magis nomē eccleſie cōpetit ⁊ rectius ↄuenit approbatio libꝛoꝝ. nam oēs libꝛi ⁊ opuſcula Auguſtini approbata ſꝉ vt pȝ ī ꝑ̃dicta d̓cretali Gelaſij. ⁊ opa Aug. tot ſūt quot nunꝙ̃ȝ alicui occurrat legere nec habere vt ait Iſidoꝛꝰ libꝛo ethimologiaꝝ. c. de his q multa opuſcula ediderūt. ℭ Etiā oīa opera Oꝛigenis approbanꝉ ꝑ̃ter ea q̄ Hieronymꝰ cōdēnat. ⁊ tñ̄ tot libꝛos fecit Oꝛigenes vt in nullo loco iueniant. nā Hieronymꝰ refert ſe habuiſſe in libꝛaria ſua ſeptem milia libꝛoꝝ de libꝛis quos cōfecit Oꝛigenes vt ait Iſidoꝛus vt ſupꝛa. non g̊ potuit vnꝙ̃ȝ occurrere: vel ſaltē nō eſt veriſimile ꝙ oīa iſta occurriſſent ad hoc vt diſcutereꝉ de eis ꝑ eccleſiaȝ qñ approbarenꝉ. ℭ Itē pȝ qꝺ intendiꝉ: qꝛ idē facit eccleſia qñ repꝛobat aliquos libꝛos ⁊ qñ approbat alios: lȝ ↄ̃ꝛio mō. ⁊ tñ̄ qñ condēnat ⁊ repꝛobat aliquos libꝛos tāꝙ̃ȝ erroneos: nō repꝛobat ſingillatiȝ q̄lȝ dicta eoꝝ ita vt in eis nihil relinquaꝉ qꝺ nō ſit repꝛobatū: qꝛ tūc neceſſe erat repꝛobari aliq̄s v̓itates catholicas: cū nullus liber ſit q tot erroꝛes ↄtineat: gn̄ inter illos aliqꝺ veruȝ habeat. ⁊ tñ̄ eccleſia nunꝙ̃ȝ veꝝ ↄdēnat. g̊ non repꝛobat ſingulas ꝑtes libꝛi qñ cōdēnat aliquē libꝛū. ita qñ approbat aliquē libꝛū non approbat ſingulas ꝑtes eius. ⁊ ſic libꝛi approbati ab eccleſia nō ſunt ſicut diffōnes eiꝰ. ℭ Itē pȝ hoc foꝛtiſſime ⁊ euidētiſſime. ſ. ſi eccleſia approbādo aliq̄ opera faceret ꝙ deberet eis fides adhiberi ita vt nō liceret dubitari de fide ⁊ veritate illoꝛū: ſeq̄reꝉ ꝙ eccleſia aſſereret ↄ̃dictoꝛia ꝓ eodē tꝑe eē vera ⁊ eſſe tenēda. ſed hoc eſt īpoſſibile. g̊ non ſic eccleſia approbat. ꝓbaꝉ hoc: qꝛ eccleſia approbauit oīa opera Aug. ⁊ bti Hieronymi: ⁊ tñ̄ iſti duo ↄ̃dicunt iterdū ſibi directe ⁊ foꝛmaliter in multis locis. Pȝ hoc ꝑ̃mo ꝙ̃tuȝ ad fidē ſcriptoꝝ. 70. interpꝛetū: qꝛ vult Aug. ꝙ debeat dari. 70. iterpꝛetibus fides necīa inuens ꝙ ſpūſācto dictante trāſcripſerūt qlibet eoꝝ. qꝺ oñ̄dit. ſ. qꝛ cū eſſent 70. fuerūt ſinguli ꝑ ſingulas cellas in alexādria a rege Ptolemeo poſiti: ſinguliqȝ ſingulaſ trāſlatiōeſ fecerūt: que cuȝ poſtea legerenꝉ inuentū eſt oēs eē ↄcoꝛdes ita vt nulla a ceteris nec in vna lr̃a aut apice diſcoꝛdaret. qꝺ ſatis oſtēdiꝉ eē opus ſpūſſancti. de his Aug. 2. lib. de doctrina xp̄iana. Hieronymꝰ aūt eↄ̃ꝛio illos nō fuiſſe ꝓphetice ſcribētes aut ſpūſancto ſpāliter dirigēte: ſȝ ꝑ ſolā peritiā legis ⁊ verboꝝ copiā in vtroqȝ. ſ. hebꝛeo ⁊ greco idiomate. vñ̄ grauiter inuehiꝉ hic Hieronymꝰ ↄ̃ Aug. lȝ nō declaret: dicēs. neſcio qs ꝑ̃muȝ auctoꝛ. 70.

D
Libꝛi approbati ab eccleſia nō iō cēſendi ſꝉ approbati qꝛ nulla eoꝝ clauſula errare poſſit: ſȝ in ꝑtinētibꝰ ad declarationem ſcripture credēdū ē ipſis. ī ꝑtinētibꝰ āt ad litigiū ⁊ ſimilia nō ita eſt adhibēda fides.

E
Ingeniū hūanuȝ nō ē tāte auc̄itatis vt errare nō poſſit.

F
Libꝛi approbati ab eccleſia ñ habenꝉ ſicꝰ determinatiōes eccleſie.

G
Eccleſia nūꝙ̃ȝ approbat libꝛū tāꝙ̃ȝ ñ potētē errare: niſi diligēter examinet vnāquāqȝ clauſulā illiꝰ libꝛi

H
Dñ̄ia īter approbationē ⁊ diffinitioneȝ eccleſie. nā diffinitio non ſit niſi diſcuſſis diligēter ſingulis ꝑticulis. approbatio aūt non ſic qꝛ vnꝰ de libꝛis Augu. nō fuiſſet approbatꝰ in ducentis annis.

I
Eccleſia v̓itatē libꝛoꝝ hiſtoꝛialiū quoſ approbauit nō poterat habere niſi ex antigoribus hiſtoꝛicis.

K
Aug. opa tot ſūt ꝙ nūꝙ̃ȝ alicui occurret legere vel habere.

L
Hieronymꝰ ſcribit ſe habuiſſe in libꝛaria ſua ſeptē milia libꝛoꝛū de his quos cōpoſuit Oꝛigenes.

M
Eccleſia ñ ita repꝛobat libꝛos quos ꝛ̃pꝛobat qꝛ nihil ſit in eis boni ſȝ qꝛ ↄtinēt aliquā hereſim: ſic cum approbat libꝛoſ quoſ approbat nō approbat ſingulas eoꝝ particulas.

N
Eccleſia ſi libꝛos quos approbat diffinitiue approbaret diffinitiue teneret duo ↄ̃dictoꝛia ſiꝉ eē v̓a q̄ reperiunꝉ ī libꝛis Hieronymi ⁊ Auguſtini iam approbatis.

O
Cōtradictio pꝛima Hieronymi ⁊ Aug. circa. 70. iterpꝛetes quos Aug. dīc ſpūſcō afflatos trāſtuliſſe biblia libꝛo tertio de doctrina xp̄iana Hiero. ne

gat ꝓlogo ſcđo ſuꝑ geneſim.

P
Cōtradictio Hiero. ⁊ Augu. circa ceſſationeꝫ legaliū patet ex epl'is vtriuſqꝫ.

Q
Cōtradictio Augu. ⁊ Hiero. ſuꝑ origine anime.

R
Lex ꝯtrioꝝ ⁊ ꝯdictorioꝝ talis ē ꝙ ſꝑ neče ē alteruꝫ illoꝝ errare: qđ cū Hiero. ⁊ Aug. contradicāt euenire oportet.

S
Eccl'ia aſſerēdo ꝯdictiōeꝫ eē verā nō ſolū erraret ī fide ſꝫ eēt īſipiēs.

A
Eccl'ia cū approbauit opa alicuiꝰ auctoris nullū dictū ex ſuis opibꝰ approbauit.

B
Cāe ꝑꝑ q̃s eccl'ia nō approbat ſingula dctā ꝯtēta ī operibus auctoꝝ quos approbat ſunt q2 nō poſſet diſcutere tā innūerabiles qōnes. ⁊ q2 vileſceret eiꝰ auc̄itas ſi tātā dictoꝝ mltitudineꝫ īfallibilē diffiniret cū ꝓſertiꝫ auctores eoꝝ ſe plerūqꝫ retractauerint. ⁊ q2 iniuſtuꝫ ē diffinire ⁊ cōparare ſacre ſcripture īfallibilitati ea d' qbꝰ nō cōſtat an p ſpūmſām dctā ſint. ⁊ q2 ſi libros quos approbat eccl'ia īfallibiles teneret captiuarent īgenia hoīuꝫ ⁊ ꝑiret īcremētū doctrine fidei. ⁊ q2 q̄ rara ſūt ꝓclara reputant: iō rara voluit eccl'ia diffinire. ⁊ q2 ſi quorūdā ſcripta īfallibilia diffiniret quorūdā ſ: odia ⁊ inimicitias ꝯcitaret. ⁊ q2 eos q minus ſubtilia ⁊ minꝰ occulta ſcripſiſſent ſubtiliora ⁊ occultiora ſcribētibus cōpararet.

cellulas que vulgo ſine auctore iactantur ſuo mēdacio cōſtruxerit: ⁊ ibi quaſi irridēs dicit ꝙ nō eſt dđm.70. īterpretes ſpū ꝓphetico afflatos ſcripſiſſe: niſi pariter dicamus ꝙ Cicero Economicum xenofontis ſpiritu rhetorico afflatus trāſtulerit. de hoc ipſe Hieronymꝰ in ꝓlogo ſcđo ſuꝑ Geneſim: q icipit. dſiderij mei. ¶ Diſcordāt ēt Hieronymꝰ ⁊ Aug. ſuꝑ obſeruationibꝰ legalibus quo tpe ceſſauerūt: ⁊ ꝯdicunt ſibi manifeſte: ita vt vnus dicat alteri tu dicis ſic: ⁊ ego dico ſic. imo īterduꝫ ibi Hieronymꝰ Augᵐ heretica dicē aſſerit vt pꝫ ī epl'is ſuis q̃s ſibi mutuo ſcribebāt que in multiſ locis hn̄tur. ⁊ ſatis refert Bonauētura iſtā diſcordiā in ſcripto ſuo ſupra quartū ſniaꝝ. Diſcordāt etiā ſuper origine aīe: de qua ambo ſatis diſputāt vt pꝫ ēt ex eiſdē epl'is. ¶ Ecce ergo cū iſti duo ſci doctores īterdū ꝯdictoria formaliter interdū vero ꝯtria ſentiāt: neceſſe eſt aut vnū eorū errare aut ambos ſm legē ꝯdictorioꝝ ⁊ ꝯtriorū. eccleſia tn̄ approbat opera iſtoꝝ amboꝝ. neceſſe eſt ğ ꝙ aut ipa aſſeruerit ꝯdictoria eſſe vera circa fidē qđ eſt ipoſſibile: cū nō ſolū iaꝫ erraret in fide ſed ⁊ māifeſte ꝯuincereť inſipiēs: qđ nec excogitādū nec audiēdū eſt. aut nō approbauerit opa iſtorū ita vt aſſereret oīa cōtenta in illis eſſe vera: ſed aliquid aliud approbando fecit.

¶ Caplm̄.82. Oꝫ qn̄ eccleſia approbat opa alicuiꝰ doctoris: non approbat oīa contēta in illis nec aſſerit oīa illa eſſe vera: imo nec vnam ꝓpōneꝫ. ⁊ ponunť ſeptem cauſe quare eccleſia nunq̄ approbauit ſic opera alicuius doctoris ꝙ dicat debere aſſentire illis neceſſario tanq̄ diffinitionibus ſuis.

Dicendū ergo ꝙ qn̄ eccleſia approbat opa alicuius doctoris nō approbat ſingillatiꝫ oīa dicta in illis opibꝰ: imo qđ plus eſt nullū dictuꝫ approbať: nec ꝑ hoc obligat nos ad credenduꝫ illa neč̄io eſſe vera. nec etiā aſſerit illa eſſe vera: q2 ad hoc oporteret ꝙ eccleſia diſcuteret ſingula dicta illoꝝ librorū vt videret an ꝯtinerent veritatē. ⁊ tn̄ eccleſia nunq̄ hoc fecit circa ſcripta alicuiꝰ doctoris ꝑꝑ multa. ¶ Primo q2 non poſſet ſufficere infinitis difficultatibꝰ ⁊ ſumptibus: ⁊ oporteret manere longiſſimis tpibus. nā ſi in determinationibꝰ tam paucoꝝ articulorū eccleſia ſynodaliter ꝯgregata ſedit tā lōgis tpibus ⁊ vix poterat deducere ad fidē determinatiōes iſtas: q̄ꝫtomagis ſi in magnis libris Aug. ⁊ Hieronymi ⁊ alioꝝ ſcōꝝ qui approbati ſunt vbi tāgunť iterdū inextricabiles dubietates inſiſtēdū eſſet circa ſingula dicta ⁊ ꝓpoſitiōes ipſoꝝ libroꝝ. nūq̄ eni in his eēt finis. ¶ Scđo nō facit eccleſia hoc ꝓpter ſuā certitudinē ⁊ auctoritatē inamittēdā. nā eccleſia vl'is. i. ꝯgregata ſynodaliter nō pōt errare maxime in fide vt ſupra ꝓbatū eſt. ſi aūt eccleſia tot libros approbaret efficiēdo ſingula que in eiſ ſunt neč̄ia ita vt in eis nō poſſet dubitari nec ꝯdici illis poneret auctoritatē ſuā in periculo: q2 multi dubitarēt an oīa que in illis ꝯtinebanť erāt vera: potiſſime cū auctores eoꝝ aliqua retractaſſent: ⁊ dubitādo de hoc periret auctoritas eccleſie. Nā cum eccleſia diffiniuiſſet illa eſſe vera ⁊ neč̄io illis fore aſſentiendū: qcunq̄ dubitaret an aliqd de ibi ꝯtentis eſſet verū credebat eccleſiaꝫ potuiſſe errare in diffiniēdo de illis. Q2 ſi crederet eccleſiaꝫ nō poſſe errare nō dubitaret de determiatis ab ea. ⁊ ſic eccleſia ꝑderet auctoritatē ſuā. ⁊ tn̄ eccleſia maxime laborare debet ꝓ iſta auctoritate: q2 vt ſupra declaratū eſt inter oēs articulos fidei nullus eſt maioris neceſſitatis q̄ꝫ iſte de eccleſia catholica. i. vniuerſali ꝙ nō poſſit errare: q2 iſto ſtante oēs alij articuli ſtant: ⁊ h̄ pereūte vel infirmato ceteri pereunt. Cum aūt eccleſia pauca diffiniat aſſerēs illa neceſſario tenēda vt ſuas diffōnes nō eſt periculū dubitatiōis auc̄itatis: quia circa pauciſſima ⁊ que eccleſia cū tāta maturitate ⁊ tēporis lōgitudine diffinit nemini rōnabiliter occurrere poteſt dubiū de errore. nā vt ſupra dictū eſt etiā ſi res ſynodalis ſoluꝫ humanitus agereť non aſſiſtente ſpāliter ſpūſancto: cum ſit ibi tāta copia patrū ⁊ peritiſſimoruꝫ virorū in omni diſciplina collectoꝝ de omni parte orbis: ⁊ anteq̄ quicq̄ diffiniať tot diſcuſſiōes fiunt ⁊ in tanto tpe: difficile erat ꝙ talis ꝯgregatio erraret. iō ſic ſe hn̄tibus rebus nō erit hoī durum credere ꝙ eccleſia vniuerſalis nō pōt errare: nec erit occaſio hoī ad dubitandū an eccleſia erret in his que determinat. ¶ Tertio facit h̄ eccleſia q2 quodāmō videť iniuſtū ꝙ alicuiꝰ doctoris de quo nō ꝯſtet ꝙ locutꝰ eſt ꝑ ſpūmſāctū eccleſia ſic approbaret opa ita ꝙ haberenť vt diffōnes facte ab ea. nā hoc dato eēnt talia opera eiuſdē auc̄itatis cū libris ſacri canoniſ de qbus nulli licꝫ dubitare an verū ꝯtineant. ſed credere debēt oēs ꝙ ſcriptores libroꝝ iſtoꝝ errare aut mētiri nō potuerūt: q2 ſpūſancto dictāte loquebanť. ceteri autē ſcriptores non locuti ſunt ꝓphetice ſpūſancto ſpāliter dictāte ſingula que ipſi dixerunt. vel ſi forte aliquis eſt qui dictāte ſpūſancto ſcriberet: non ꝯſtat. ⁊ ideo habeť ac ſi puro hūano ingenio ſcripſiſſet. nō eſt ergo iuſtū equare in auctoritate iſtos illis. Sic facit Aug. in epl'a ſupra noīata que hꝫ ī decretis di.9.c. ego ſolis. vbi ſoliſ libriſ q canonici noianť. i. qui ponunť in canone biblie hāc auctoritatē ad reuerētiam exhibet vt nullū illorum ſcriptoreꝫ credat erraſſe aut errare potuiſſe. ceteros v̊o ita legit quātacūq̄ ſanctitate ⁊ ingenio polleāt: ꝙ nō ideo credit aliqd ſic eſſe q2 illi ſic eſſe dixerūt. ita ergo fecit eccleſia ꝙ voluit hiſ inequalē dare auctoritatē. ⁊ tn̄ ſi approbādo doctrinaꝫ quorūdam faceret per illaꝫ approbationē ꝙ doctrina ipſa habereť vt determinatio eccleſie: ſortirenť tales libri vel opera equaliter auctoritatē cū libris canonicis: ideo non approbauit nec approbat hoc modo vnq̄ cuiuſq̄ viri ſcripta q̄ꝫtūcūq̄ ille doctiſſimꝰ aut ſāctiſſimꝰ ſit. ¶ Quarto ſit hoc et eſt vna de precipuis cauſis. ſ. q2 eſt nociuū valde ⁊ eccleſie vtilitati: ⁊ cremētis contrariū approbatiōes tales fieri. naꝫ qn̄ aliquid tale eſt nō licꝫ aliqd dubitare de illo alicui nec ingrere quomodo ſit verū: an ꝯtrium ſuum rōnabilius ⁊ verius ſit: ſed ſimpliciter aſſentire tanq̄ determinatiōi ⁊ apoſtolice fidei. hoc autē captiuat ingenia viroꝝ ⁊ tollit incremēta ꝑfectus maioris: cum nō liceat eis exercitare ſe ⁊ maiora ingrere. ⁊ hoc modo doctrina fidei ⁊ monimenta eius contra infideles modicū pullularēt. vtpote ſi a principio ꝓmitiue eccleſie doctrina Origenis vel alterius magni doctoris fuiſſet tali modo approbata: nō licuiſſet Hieronymo nec Auguſtino nec alijs poſteris circa ea que ille tetigiſſet aliqd ſcrutari. ſic ēt nec Auguſtino contra Hieronymū nec contra Ambroſiū ⁊ alios. nam ſi non ꝑmiſſa fuiſſet libertas adinuicē repugnādi ⁊ veriora ingrendi nō ſtaret tertia pars operū Hieronymi Ambroſij Auguſtini: ⁊ ceteroꝝ ꝑdeceſſoruꝫ noſtrorum qui doctrinis ſuis illuſtrauerūt eccleſiā. Sic autem eſt circa moderna tēpora. nam ⁊ manus dn̄i non eſt nunc abbreuiata vt donare nō poſſit coetaneos artis florētiſſima ingenia ſicut ⁊ quotidie dat ⁊ vſq̄ ad finem ſeculi daturus eſt: in qbus amplietur fama ⁊ honor almē matris eccleſie ⁊ xp̄iane religionis ſuper omnes hoīes aliud ſentiētes. naꝫ non ſolū hoſtes xp̄iani nominis ſe iam fide ⁊ miraculis ꝯfundi vident: qđ priſcorū eccleſia abundantiſſimū tenuit: ſed ⁊ iam ipſa rōne ⁊ magnitudine diſcipline que in eccleſia xp̄i ipſo donante itroducta eſt. ita vt ſicut olim eccleſia chriſti fide ⁊ miraculis ipſaꝫ ſolidātibus atq̄ fundātibus floruit: ita ⁊ nunc ſapiētia fulget que ipſā ampliat: declarat: munit ⁊ exornat. Erat autē ſapiētia que per exercitiū ſacre ſcripture acqritur nimiū neceſſaria: ſicut beatꝰ Petrus mādauerat in ꝓma canonica.c.3. ſ. eſtote parati ad ſatiſfaciēdū omni poſcēti rōnē de ea fide ⁊ ſpe que in vobiſ eſt. iſtud autem non pōt fieri ſine exercitio in ſtudio ſacre ſcripture ⁊ aliarū diſciplinaꝝ naturaliter coherentium ⁊ vtiliū: cum non ſimus iam apoſtoli qbus mandatuꝫ erat non cogitare quomodo aut qd reſponderēt quādo interrogarenť coram regibus Mat.10. ⁊ Luc.21. ¶ Et ob hoc beatꝰ Paulus qui Apl's dn̄i erat ⁊ ſpiritūſanctū ſuſceperat abundātiſſime admonebat Timotheū vt lectioni ⁊ orationi vacaret: que cū ſit omni chriſtiano vtilis: eſt tamē maxime neceſſaria eccleſiaſticis viris. iuxta illud Mala.2. labia ſacerdotis cuſtodiunt ſciētiam: ⁊ legē exquirent de ore eius. Et qui nō vacat lectioni ⁊ ſapiētie non eſt dignus honore ſacerdotali. ⁊

ſi illud

C
Eccleſia ſic̄ in ꝓncipio miraculis fūdata ē ſic nunc doctrine magnitudine exornaťꝑ que duo xp̄i hoſtes ꝯfunduť.

D
Sapiā ⁊ doctrina ī fide xp̄i maxima neč̄ia ē que acqri nō pt ſine exercitio ſacre ſcripture vide Petrū ī ꝓma canonica.c.3.

E
Sacerdoſ nō vacās lectioni ⁊ ſapiētie nō ē dignꝰ honore ſacerdotali vide Oſee.4

Nota de ſapia.

Uñ ſacerdotes gẽtiliũ ſciẽtijs va cabãt vt ipſe.b. Abulenſ. dicit Gene.47. quãto magis hoc facere debẽt nr̃i xp̄iani ſacerdotes veri dei miniſtri.

ſi illud ſuſceperit digne repellit ⁊ cadit ab eo: ſicut dñs dixit. q2 tu repuliſti ſapientiã: ego quoqꝫ abieci te ne ſacerdotio fungaris mihi Oſee.4. Hanc ſapientiam magnam ⁊ ingenia floꝛẽtiſſima viroꝛuꝫ eccleſiaſticoꝝ que deus in eccleſia ſua donatur⁹ erat circa declarationem fidei ⁊ ampliationis religiõis xp̄iane p̄dixerat ſpũſſanctus p Danielẽ.12.c.ſ. tu aũt Daniel claude librũ tuũ ⁊ ſigna ſermões tuos: q2 ptranſibũt plurimi ⁊ multiplex erit ſapientia. p̄dixit etiam apertius beat⁹ Joannes de ſtudio iſtoꝛum viroꝛuꝫ eccleſiaſticoꝝ ⁊ occupatione in declaratione ſacre ſcripture: inuens ꝙ multi libꝛi valde ſuper hoc ſcribẽdi erãt vt pꝫ Joã.21. in fine. ſ. multa ⁊ alia fecit Jeſus: que ſi p ſingula ſcribanẗ arbitroꝛ mundũ capere non poſſe eos q ſcribendi ſunt libꝛos. Hec autem oĩa ipediret eccleſia ſi aliquoꝛũ doctoꝝ opera appꝛobaret modo p̄dicto: cũ iã non liceret dubitari nec ingri vlterioꝛa quantũ ad ea que ibi foꝛent diffinita: ideo non appꝛobauit cuiuſq̃ꝫ opera ſic: ſed quantũcunqꝫ ſit quis ſanctiſſimus ⁊ altiſſimi ingenij: permittit eccleſia quibuſqꝫ ſcholaſticis viris de ſingulis ab eis dictis diſputare ⁊ maioꝛa inquirere ſi foꝛte ſpiritus ſanctus illos in aliquo illuminauerit in quo non tetigit antiquos. ¶ Etiam quia non eſt admirandũ maioꝛa quotidie pullulare ingenia: de quo magis in reſponſione ad pꝛimum argumentũ dictum eſt. ⁊ iſto modo nõ turbantur nec ipediuntur ingenia ſcholaſticoꝛũ viroꝛum: cum late pateat eis de omnibus materia diſputãdi ⁊ dubitandi preterq̃ꝫ de illis que iam fide conſtant.

F

Eccleſia p̄mittit quoſcũqꝫ ſcholaſticos viros inq̄rere d̃ q̃buſcũqꝫ dictis q̃tũcunqꝫ ſciſſimi ⁊ doctiſſimi viri diſcute re ſi foꝛte ſpũſſãct⁹ illos illuſtret circa id circa qd̃ nõ illuſtrauit antiquos.

G

Eccleſia põt iterdicere etiã angelis aliquos act⁹.

¶ Quinto ſit hoc pꝛopter dignitatẽ eccleſiaſtice auctoritatis. nam ſicut eccleſie auctoꝛitas eſt certiſſima ita vt errare non poſſit vt dictum eſt: ita eſt maxima quia ei tenentur ſubijci omnes rationales creature ⁊ ipſo iure ſunt ſubiecti: cum ⁊ angeli qui ſunt creature intellectuales ei ſunt ſubiecti qui poteſt illos excõicare ⁊ iterdicere eis aliquos actus: ſicut apl̃s Paulus excõicauit eõs ſi p̄dicarent contra euangeliũ qd̃ eccleſia iam ſuſceperat ad Gala.1. ſi autem eccleſia auctoꝛitatẽ ſuã que tanta eſt multis rebus interponeret vileſceret pꝛopter aſſiduitatem ⁊ cõmunitatem: quia qd̃ rarum eſt p̄cioſum eſt. nam ſi ⁊ miracula quotidie fierent ipſa ſui multitudine ⁊ aſſiduitate vileſcerẽt. Satis ergo eſt ꝙ eccleſia interponat auctoꝛitatẽ ſuaꝫ in determinatione quoꝛũdam dubioꝛum nimis neceſſarioꝛũ ad fidem ſine quoꝛum determinatione fieret turbatio: vel oꝛirenẗ ſcandala ſchiſmata ⁊ hereſeꝫ: ⁊ quantum ad illa que ad neceſſarios eccleſie moꝛes pertinẽt. ꝙ autem appꝛobarẽtur aliquoꝛũ doctoꝛum ſcripta non videbatur talis neceſſitas: imo nec aliqua vtilitas. ideo nimiũ ſe humiliaret eccleſia ſi circa talia diffinitionem ſuam poneret. ¶ Sexto ſit hoc ad tollendũ emulationis ⁊ ſimulatiõiꝫ atqꝫ odioꝛum cauſas. nam ſi quoꝛũdam ſcripta appꝛobaret iſto modo ⁊ alioꝛũ nõ: videretur pꝛeponere iſtos illis quoꝛum non appꝛobanẗ ſcripta. ſed iſtud omnis inuidie cauſa eſt: ⁊ odium gignit ceteroꝛũ contra illum qui p̄fertur: qui diligi equanimiter potuiſſet ſi nõ fuiſſet quaſi ceteris contẽptis pꝛelatus. eccleſia autem non gignit contentiones ⁊ ſchiſmata cum potius intentionis ſue ſit iſta pꝛo viribus tollere: cum non ſit conſuetudo eius contendere: ſed magis contẽdentibus cedere. 1. Coꝛin.11. ideo nulluꝫ ſic appꝛobat ne quis collat⁹ ceteris videatur pꝛelatus: lꝫ ſm̃ veritateꝫ vnus ſit multis excellentioꝛ. ¶ Conſequitur ⁊ alia vtilitas: q2 ſi quorundam ſcripta appꝛobarentur ſic: ⁊ alioꝛum non: plurimi diſtraherenẗ a pꝛofectu explanandi ſacram ſcripturam ⁊ faciendi cõmẽtarios: ⁊ diffiniendi aliqua dubia cum putarẽt ſcripta ſua contemnẽda: quia quibuſdam alijs appꝛobatis ſua non appꝛobarentur que illis non diſparia crederet ſuus auctoꝛ. nũc vero cum nulla taliter appꝛobenẗ nemo ſcriptoꝛuꝫ ſe contemni putat: quia palam neminem ſibi pꝛeferri videt: vel ſaltem explicite per auctoꝛitatem eccleſie non videt ſe contẽni. ¶ Septimo ſit hoc quia ſi talis appꝛobatio fieret oĩa ſcripta que appꝛobarentur redderentur equalis auctoritatis: quia non poteſt eſſe maioꝛ auctoꝛitas ſcripture q̃ꝫ ꝙ de veritate eius dubitari non liceat. ⁊ hoc confertur quibuſcũqꝫ ſic appꝛobatis ab eccleſia. manifeſtũ

H

Eccleſie auc̄itas ſatis hũit iterponere ſe ĩ his q̃ ſũt nec̃ia fidei ⁊ vñ poſſint oꝛiri hereſes ⁊ circa mores ad ſalutẽ neceſſarios.

J

Eccleſia ꝯtẽtiões ⁊ ſchiſmata non gignit ſꝫ aufert.

K

Eccleſia nemineꝫ diffinitiue appꝛobando q̃buſcũqꝫ volẽtib⁹ ſcripturaꝫ ſacrã exponẽ viã ⁊ ptãtẽ relinquit.

eſt tamen ꝙ dato ꝙ duoꝛum doctoꝛũ ſcripta ſint vera ita ꝙ nemo eoꝛum in aliquo errauerit: nõ erunt equalis auctoꝛitatis: quia alter eoꝛum dicit plura aut ſubtilioꝛa aut magis incognita ⁊ a cõmuni intellectu aliena ⁊ vtilioꝛa: ⁊ efficacius atqꝫ euidentius pꝛobabit: ⁊ oꝛdinatioꝛi atqꝫ leuioꝛi modo tradet ſuam doctrinã: ꝓ quibus ſolent q̄dam ſcriptoꝛes alijs pꝛeferri. Quia ergo p appꝛobationem eccleſie duo doctoꝛes qui q̃tuꝫ ad iſta erant nimis inequales: lꝫ ambo verum dicant ⁊ reddãtur equalis auctoꝛitatis indignũ videbatur: quia q̃buſdaꝫ ſcriptis magis ſic auctoꝛitas eccleſie detraheret q̃ꝫ conferret: cum ſic cogerentur equari quibuſdã que naturaliter ⁊ al̃s erãt eis totaliter imparia. Multe quoqꝫ alie cauſe exiſtunt pꝛopter quas eccleſia nunq̃ꝫ aliqua ſcripta cuiuſq̃ꝫ doctoꝛis ſic appꝛobauit.

L

Auctoꝛes ẽt ſi v̄a dicãt nõ tñ eq̃les ſũt iter ſe: ſꝫ ille p̄ferẽduſ ẽ q ſubtilioꝛa ⁊ occultioꝛa in ſuis operibus ponit.

¶ Caplm̃.83. Quid ꝯfert eccleſia libꝛis quos appꝛobat per appꝛobationẽ: ⁊ ponunẗ quinqꝫ vtilitates.

EX hoc autẽ tollitur erroꝛ multoꝛũ vulgariter ſentiẽtium: qui putant ꝙ cum eccleſia appꝛobat aliqua ſcripta facit ea tante fidei ⁊ neceſſitatis ꝙ non liceat eis cõtradicere nec dubitari de veritate illoꝛum. Sed dicendũ ꝙ quando appꝛobantur dicta aliquoꝛum ab eccleſia facit ibi multa. ¶ Pꝛimuꝫ eſt ꝙ concedit expꝛeſſe omnibus chꝛiſti fidelibus ꝙ legant ea. ⁊ iſtud confert quandam auctoritatem ſcriptis. ſ. ꝙ ſaltem eccleſia faceret aliquã mẽtioneꝫ de illis. ¶ Scd̃m eſt ꝙ iudicat illa vtilia ad doctrinam fidei ⁊ moꝛum ⁊ ob hoc laudat ea. ſicut papa Gelaſius in appꝛobatione libꝛoꝛum laudat libꝛũ Pauli oꝛoſij: ⁊ cõmendat ipſuꝫ Oꝛoſiũ dicens ꝙ vtile opus de tempoꝛibus compilauerit. ⁊ hoc facit vt magis allíciamur ad legenduꝫ talia ſcripta que teſte ipſa eccleſia ꝓbantur eſſe vtilia. ¶ Tertium ⁊ pꝛecipuum quod eccleſia facit eſt quia tollit opuſculis appꝛobatis ſuſpectionem de hereſi voluntaria que eſt vere hereſis. naꝫ illa opera que appꝛobantur lꝫ non ſint omnino diſcuſſa ab eccleſia ſicut ſi deberent ſingule partes appꝛobari: tamen quadam generali diſcuſſione cognoſcunẗ ⁊ apparet ex eis quomodo auctoꝛ eoꝛum in omnibus catholice ſentiat nollens dogmatizare expꝛeſſe ⁊ ſcienter aliquem erroꝛem. Et tamen dato ꝙ accideret ibi aliq̄d falſum eſſe: vel ꝙ poſſet indirecte militare cõtra catholicam fidem ⁊ pꝛeter intentionem auctoꝛis. ⁊ iſta relinquit eccleſia diſcutienda peritis lectoꝛibus. Et iſta fuit cauſa potiſſima quare eccleſia appꝛobauit quoꝛundam doctoꝛum opera. ſ. quia a pꝛincipio eccleſie fuerũt multi heretici in eccleſia qui multos libellos condiderũt in multis cõtrarios fidei oꝛthodoxe: quoꝛum aliqui errabant per ignoꝛantiaꝫ neſcientes aſſertiones ſuas ꝯtrias fidei catholice. ¶ Alij vero iaꝫ ab eccleſia heretici iudicati: vt erroꝛibus ſuis quandã fidem acquirerent confecerunt libellos in quibus cum multis catholicis veritatibus erroꝛes ſuos inſerebant: ⁊ vt aliquam aucuparentur auctoꝛitatem illos libellos nominibus apoſtoloꝛum ⁊ alioꝛum ſanctoꝛũ appellabãt. Sicut eſt de q̃ttuoꝛ alijs euangelijs que ſimul cum euangelijs noſtris heretici ꝯfecerunt que attribuerũt btõ Andree ⁊ Thadeo ⁊ alijs duobus apoſtolis. eccleſia autem cõperto erroꝛe reiecit illa: ⁊ ſolum tenet iſta quattuoꝛ que hodie habemus. ita de multis alijs libꝛis factum eſt: quos cõfecerunt heretici ⁊ eccleſia habita diligẽti inueſtigatione inuenit illos erroꝛes: ⁊ vetuit legi inter libꝛos catholicos non deuiantes a rectitudine fidei. Et ob hoc chꝛiſtiani antiquitus abſtinebant a lectione multoꝛũ libꝛoꝛum. paucos enim legere audebant timentes ne continerent erroꝛes ⁊ hereticam doctrinam. ⁊ ob hoc eccleſia appꝛobabat quoſdam libꝛos qui non continebant aliquem erroꝛem in fide: ſaltẽ apparenter: ſi auctoꝛ vel auctoꝛes conſtabat voluiſſe per omnia catholice ſentire. ⁊ per iſtam innuebatur ꝙ poterant catholici ſecure legere in libꝛis illis non foꝛmidantes ꝙ ibi contineretur doctrina ſuſpecta de hereſi. ¶ Et iſta etiam eſt cauſa quare nunc non appꝛobat vel non conſueuit eccleſia appꝛobare ſcripta aliquoꝛum ſolennium doctoꝛũ circa

A

Eccleſia appꝛobãdo aliquos libꝛoꝫ ꝯcedit poſſe publice legi: ⁊ iudicat eos vtiles fidei: ⁊ iudicat auctoꝛes illoꝛum operuꝫ non eſſe hereticos voluntarios.

B

Eccleſia ꝑꝑ hereticoꝛum libꝛos q circuꝫ vagabanẗ iſiciebãtqꝫ legentes iſtruit appꝛobationẽ operũ.

ſacram ſcripturam:ſcilicet quia non eſt nunc timoꝛ magnus de hereſi ſaltem voluntarie introducenda ſicut olim: ideo non eſt neceſſe diſtinguere iſtos libꝛos ab illis appꝛobando quoſdam ⁊ non alios:quia de omnibus libꝛis confectis a viris chꝛiſtianis preſumitur pꝛima facie ꝙ non contineant aliquam doctrinam erroneam circa fidem ſponte introductam. ¶ Quartū quod facit eccleſia appꝛobando iſtos libꝛos eſt ꝙ dat eis q̃ꝫdam auctoꝛitatem quam al's non habebāt. ⁊ eſt iſta nō vt putauerunt aliqui errantes:ſcilicet ꝙ neceſſario debeat illis fides adhiberi nec liceat vllatenus contradici ſibi:quia nulli operi vnq̃ꝫ ſcriptoꝛis cuiuſq̃ꝫ tantam auctoꝛitatem eccleſia pꝛeſtitit:vt patet ex rationibus ſupꝛa inductis.ſed ſolum eſt ꝙ quando aliquis allegauerit dictum alicuius libꝛi appꝛobati per eccleſiam facit pꝛobationem etiam ſi ipſe auctoꝛ nullam cauſam dicti ſui oſtendat:dum tamen non pꝛobetur contrarium per nos vel per aliquem alium. Et eſt hoc magnum.nā doctoꝛibus ſic appꝛobatis creditur etiam ſine ratione dū non conſtet aliquo modo contrarium. Alijs autem doctoꝛibus quoꝛum non ſunt opera appꝛobata: quantacunq̃ꝫ peritia fulgeant non creditur niſi pꝛobationem adducant:quia nullam auctoꝛitatem habent niſi quantam rationes ſue efficiunt. Et quantum ad pꝛeſens iſta ⁊ maioꝛ ⁊ communioꝛ vtilitas q̃ꝫ appꝛobatio eccleſie facit in libꝛis appꝛobatis. Si tamen contra dictum alicuius doctoꝛis appꝛobati conſtat manifeſte veritas aut inducitur ineuitabilis ratio:non cogit nos eccleſia:nec voluit ꝙ per ſuam appꝛobationem mendacio aſſentire debeamus. ¶ Quintū quod confert appꝛobatio eccleſie eſt:ſcilicet ꝙ alleuiat homines errantes.nam ſi cōtingat queq̃ꝫ errare circa aliquid quod pertinet ad fidem occaſione alicuius libꝛi appꝛobati:ſcilicet quia cōtinetur in eo aliquis erroꝛ vel ſequit̃ ex doctrina eius: tenens illum erroꝛem dū tamen non pertinaciter etiā ſi ſit vir doctus excuſabitur per auctoꝛitatem libꝛi appꝛobati.ſi tamen ille erroꝛ continetur in doctrina alicuius doctoꝛis cuius opera nō ſunt appꝛobata vel ſequeretur ex dictis illius:ſuſtinens vel tenens quomodolibet illum erroꝛem non eſſet ita excuſabilis ſicut ille qui errabat auctoꝛitate alicuius libꝛi appꝛobati. ¶ Apparet ex pꝛedictis ꝙ per appꝛobationem eccleſie non ſoꝛtiuntur libꝛi appꝛobati tantam auctoꝛitatem ꝙ neceſſario debeat eis fides adhiberi nec poſſit vllo modo cōtradici eis:ſed pōt eis ꝯdici in caſu quo apparet veritas:ſiue inducit̃ in ꝯꝛium ratio ineuitabilis.

C — Ecclia appꝛobando libꝛos dat eis auc̄itatē nō ꝙ ſint īfallibiles ſꝫ ꝙ ſi qs eos allegauerit ēt ſi rōnē non adducāt niſi ꝯꝛiū appareat habeatur eis fides.

D — Ecclia ī appꝛobatiōe libꝛoꝝ excuſabilioꝛes facit enē nētes falſitates ī illis ꝯtētas dūmodo non ꝑtinaciter teneāt.

¶ Caplm.84. Q꜠ circa ea que pertinent ad fidem eſt captiuādus intellectus noſter. ⁊ ꝙ lꝫ inducant̃ alique rationes que neceſſario ⁊ manifeſte contra fidem videntur concludere debemus dicere ꝙ nos neſcimus reſpōdere ad illas rationes: ⁊ tamen non concludunt. etiaꝫ ſi ad oculum demonſtraretur aliquid quod ſit ꝯtra fideꝫ debemꝰ dicere ꝙ oculus noſter decipit̃: ⁊ quare.

Ad hoc reſpondetur ad argumentum quando dicebatur ꝙ Auguſtinꝰ aſſeruit chꝛiſtuꝫ moꝛtuum fuiſſe .8. calendas apꝛilis ⁊ opera ſua ſunt per eccleſiaꝫ appꝛobata:ideo non licet contrariū ſentire. ¶ Dicendum ꝙ etiam ſi Auguſtinus dicens hoc nullam rationem duceret nec pꝛobationem aliunde:ſicut nec facit:non liceret nobis ſentire contrarium noſtro arbitrio quia eſſemus paris auctoꝛitatis. Immo etiam ſi ille nullam rationem induceret ⁊ nos pꝛo parte contraria induceremus aliquam rationem vel pꝛobationeꝫ dum tamen non neceſſariā: non liceret nobis ſentire contrarium pꝛopter reuerentiaꝫ auc̄itatis eius:ſed magis deberemus iudicare nos errare vel non intelligere. Quādo autem pꝛo parte noſtra inducitur auctoꝛitas maioꝛis ponderis q̃ꝫ ſit auctoritas Auguſtini vel alterius libꝛi:vtpote auctoꝛitas aliqua biblie:vel educatur ratio ineuitabilis ad quam nemo poſſit reſpondere:non eſſet credenduꝫ Auguſtino: nec alicui alteri appꝛobato.nec eſſet vꝛbanum aut honeſtum in talibus ei aut alteri cedere:ſed magis amoꝛe veritatis inueniende reſiſtere:quia pꝛopter veritatem etiam familiaria deſtruere: ⁊ non debet reſpici reuerētia alicuius vel amicitia iuxta Ariſto.1.ethicoꝛū.ca.de vniuerſali platonico:ſcilicet duobus exiſtentibus amico ⁊ veritate:ſanctū eſt pꝛehonoꝛare veritatem. ¶ Sꝫ aliquis dicet ꝙ quando occurrerit nobis aliqua auctoritas ſacre ſcripture contraria dicto alicuius doctoꝛis appꝛobati debemus dicere ꝙ non intelligimus auctoritatem illam vt maneat ſaluum dictum illius. ⁊ ſi occurrat ratio ineuitabilis dicunt ꝙ debeamus dicere ꝙ illa ratio non concludit lꝫ nos neſciamꝰ ſoluere vel tollere contrarium ſeu tollere inconueniens. ¶ Sed dicendum ꝙ non eſt conuenienter dictum:quia iſtud eēt captiuare ingeniuꝫ penitꝰ ſi nequaq̃ꝫ liceret ꝯtraire auctoꝛitati iſtoꝛum appꝛobatoꝛū quantacunq̃ꝫ auctoꝛitas vel ratio neceſſaria aut manifeſta in contrarium occurreret. Sed talis captiuatio nunq̃ꝫ eſt facienda niſi quātum ad ea que pertinent ad determinationem fidei.nā ibi penitus captiuatur intellectus in obſequium chꝛiſti.2.ad Coꝛin.10. ⁊ dato ꝙ argumenta quecūq̃ꝫ quātumlibet foꝛtiſſima ⁊ apparentia fierent nunq̃ꝫ erat diſcedendum a poſitiōe fidei iam determinate:ſed dicendum eſt ꝙ rationes ille ⁊ argumēta peccant:nos tamē neſcimus diſſoluere illas:certi ſumus tamen ꝙ non cōcludunt rationes. Sicut quando contra aliquē nō dialecticum arguat ſophiſta ⁊ pꝛobet eum eſſe pecus vel lapideꝫ:ille neſciet reſpondere ad argumentationem que magnam euidentiam habet: ⁊ tamen certus eſſet ꝙ illa ratio peccaret in aliquo:ſcilicet quia aut ex falſis ꝓcedit aut non ſyllogizat:quia cum ſit ſibi notiſſimuꝫ ꝙ ipſe ſit homo ⁊ non pecus nec lapis tali notoꝛietate ⁊ cognitione qua certioꝛem ipſe habere nequit:quicquid in contrarium arguatur:ſcit ꝙ illud impoſſibile eſt concludere ſufficienter. ¶ Ita in pꝛeſenti cum quelibet ꝓpoſitio fidei ſit nobis certiſſima ⁊ ex lumine fidei: ⁊ ita firmiter ei adheremus vt nullo modo de ea dubitemꝰ: lꝫ ſiant rationes alique in cōtrarium quantūcunq̃ꝫ euidentes:credendum eſt ꝙ ſophiſtico modo ꝓcedunt nō ſyllogizantes:aut falſum aſſumunt. Ideo tales argumētationes non ſolum omnino non auferunt nobis fidē: ſed etiam non ponunt aliquod dubium circa aliquam de pꝛopoſitiōibus que creditur.ſicut argumentū factuꝫ a ſophiſta contra non dialecticum ad pꝛobanduꝫ ꝙ ſit pecus vel lapis:non ſolum non aufert ei iſtam extimationem:ſcilicet ꝙ homo ſit:ſed etiam nullum dubiū circa illam ponunt:ac ſi nunq̃ꝫ tales argumentationes fierent. ¶ Ratio aūt q̄re circa ea que ſunt fidei debet homo captiuare intellectū ſuum:eſt.ſ. quia auctoꝛitas ꝓpoſitionum fidei eſt maxima eo ꝙ ille reuelate ſunt a ſpirituſancto qui mentiri non poteſt.quelibet tamē ratio humana quātūcunq̃ꝫ perſpicax errare poteſt: ⁊ rationes que fiunt quantūlibet videantur foꝛtiſſime in aliquo poſſunt deficere:ita vt non cōcludant. Et ſic argumentationis ꝓbatio poteſt deficere dupliciter:ſcilicet ex parte intellectus qui putat eam concludere ⁊ nō concludit:vel ex parte illius argumētationis que lꝫ videatur foꝛtiſſima in aliquo deficit:ſed intellectus noſter neſcit quid eſt illud. Reuelatio aūt diuina talis eſt que ex nulla parte deficere poteſt:ideo contra ꝓpoſitiones a deo reuelatas nulla ratio nec argumētatio admittitur:cum maioꝛ ſit auctoꝛitas reuelatoꝛuꝫ a deo q̃ꝫ efficacia cuiuſcunq̃ꝫ argumentationis. Recte ergo in talibus captiuamus intellectuꝫ noſtrum in obſequiū xp̄i. nec ſolum eſt hoc circa argumētationes:ſed ēt ſi ad oculuꝫ oſ̄datur aliq̄d manifeſte quod militet cōtra fidem: magis eſt credendum ꝓpoſitionibus et aſſertionibus fidei q̃ꝫ eis que videmus. ¶ Et ratio eſt quia oculus noſter poteſt decipi circa ea que videt:lꝫ in obiecto ꝓpꝛio non decipiatur. ⁊ ſic in viſu ⁊ quelibet alia ſenſitiua cognitione ⁊ experimentali poteſt falſum ſubeſſe.in atteſtatione autem ſpirituſſancti nulla falſitas pōt eſſe. ideo adhuc magis aſſentiendū eſt eis que in fide determinata ſunt q̃ꝫ eis que videntur. Declaratur hoc.nam manifeſtum eſt ꝙ antichꝛiſtus ad pꝛobandum ſe verū meſſiam ⁊ chꝛiſtum non fuiſſe meſſiam faciet miracula apparentia que videbunt̃ eſſe miracula ⁊ non erūt: ſicut ait Apl's.2.Theſſalo.2.c.ſ.donec reueletur homo

iniquitatis

A — Auguſtinus ēt ſi rōnē nō adduceret nr̄o arbitrio ſine rōne ꝓbabili negāduꝫ nō eſt: ſꝫ ſi vꝛgeat maioꝛ auc̄itas vel rō neceſſaria veritas teneatur.

B — Erroꝛ dicentiū ſi occurrat auc̄itas ſcripture ꝯ dictū doctoꝛis appꝛobati debemꝰ dicē ꝙ nō itelligit̃ auctoꝛitas ſcripture: ⁊ ſi occurrat rō nec̄ia opinari rōnē eſſe falſā.

C — Intellectꝰ captiuatio nō faciēda ē niſi ī ꝑtinētibꝰ ad fidē vbi itellectus captiuat̃ ad obſequiū.

D — Argumentatiōis ꝓbatio duplr̄ pt̄ deficere ex parte itellectꝰ nō cognoſcētis falſitateꝫ ⁊ ex ꝑte ipſius falſitatis latētis.

E — Fides nō ſolū oꝫ captiuare intellectū ſꝫ ēt ſenſū q2 oia pn̄t decipi ꝑter ſpūmſanctuꝫ.

F — Antixp̄s ad ꝯclarādū ſe eē meſſiā ⁊ non xp̄m faciet miracula apparentia vide.2.ad Theſſa.2.

B
Certitudo maxima q̃ pt hr̃i inter hoīes ẽ p cognitionẽ viſiuã que minor ẽ q̃ certitudo fidei. iõ certitudo fidei ẽ ſup oīa ⁊ ꝯ illã nihil admittit.

iniquitatis filius perditionis:cuius aduētus eſt ſm operationem ſathane in ſignis ⁊ prodigijs mendacibus. illa autem videbuntur eſſe vera miracula quia ſic oculus iudicabit ⁊ tamen non erunt: ⁊ ſi crederemus oculo recederemus a fide. ideo etiã eis que videntur nõ eſt credendum contra fidem. ⁊ tamen maxima certitudo que inter hoīes haberi poteſt eſt per cognitionẽ viſiuam: ⁊ iſta eſt minor q̃ certitudo fidei. ideo certitudo fidei eſt ſuper oīa: ⁊ ꝯtra illam nihil admittitur.

¶ Capl̃m.85. Quomodo contra dictum Auguſtini vel alterius doctoris approbati inuenitur aliqua auctoritas biblie que nõ poſſit exponi pro parte ſua: an debeamus dicere ꝙ Auguſtinus verum dicit ⁊ tamẽ nos nõ intelligimus auctoritatem illam. ⁊ quando inuenit̃ ratio neceſſario oſtendens contra eum: an debeamus dicere ꝙ neſcimus rñdere ad rationẽ ⁊ illa ꝙ nõ ꝯcludit. ⁊ ꝙ nõ eſt hic captiuãdus intellect⁹: ⁊ quare hoc.

A
Intellect⁹ nõ eſt captiuandus ad auc̃itatẽ cuiuſq̃ quẽ ñ ꝯſtat p ſpiritũſanctũ loq.

NOn eſt autem ſic de libris approbatis per eccleſiam ꝙ nullus auctor cuiuſq̃ iſtorũ tante auctoritatis eſt vt propter eũ captiuare noſtrũ intellectum debeamus qui ſolum captiuandus eſt in obſequium chriſti: ſed non eſt captiuandus ob reuerentiam ⁊ auctoritatẽ cuiuſq̃ puri hominis per quem non conſtet ſpiritumſanctum loqui. ¶ Item facere hoc eſſet inconueniens: quia ſequeretur indirecte ꝙ tales doctores approbati per eccleſiã ſiue ex approbatione: ſiue alś a ſeipſis tantam haberẽt auctoritatem: ꝙ non liceret dubitari de veritate ſuorũ dictorum: nec obijci ſeu repugnari eis in aliquo. ⁊ hoc probatum eſt ſupra eſſe falſum. ¶ Item ex hoc tolleretur viris ſcholaſticis opportunitas amplificãdi doctrinam fidei ſi non liceret quicq̃ dicere contra diffinita per tales approbatos ab eccleſia. ⁊ iſtud nimis noceret eccleſie vt ſupra declaratum eſt. ¶ Item iſtud eſſet tollere viam ad inueniendã veritatem ⁊ tenendã poſtq̃ inueniretur: ſi quando quis inuenerit auctoritatem ſacre ſcripture contra dictum alicuius auctoris approbati ꝙ non poſſet bene exponi in fauorem ſuum: deberet dicere. iſte doctor verum dicit: ſed ego non intelligo ſacram ſcripturam. ⁊ quãdocunq̃ occurreret ratio aliqua cogens ad quã reſponderi non poſſet deberet dicere. iſta ratio lʒ videatur concludere non concludit vel non preſupponit verum cum ſit contra verum dictũ talis doctoris approbati: verum tamen ego neſcio in quo peccat ratio. ⁊ iſtud eſt ſatis irrationabile ⁊ periculoſum ſi concedatur debere ſic fieri. ¶ Item ſequeretur deterius. ſ. ꝙ iſtud eſſet tollere omnem ſcientiã. nam ſcientia cauſatur per ſyllogiſmum demonſtratiuũ in quo ponuntur premiſſe neceſſarie de his que ſunt cauſe cõcluſionis vt patet. 1. Poſteriorum. ſ. ſcire autẽ opinamur vnũquodq̃ ſimpliciter ⁊ nõ ſophiſtico modo quod eſt ſm accidens. cum etiã cognoſcimus ⁊ q̃ cauſa eſt: ⁊ quia non eſt contingens aliter ſe habere. ſi tamen occurrente ſyllogiſmo demonſtratiuo cõtra dictum alicuius de approbatis doctoribus deberem⁹ dicere ꝙ illa ratio peccat. ſ. quia non ſyllogizat vel quia aſſumit falſa: tolleremus certitudinẽ ſyllogiſmi demõſtratiui cauſantis ſcientiam. ⁊ ſic tolleretur totum bonũ naturale intellectus. ſ. veritas ſaltẽ quantum ad partẽ ſuam digniſſimam. Nam cum omnis veritas ſit perfectio intellectus illa eſt naturaliter magis perfectio eius de qua magis conſtat ꝙ eſt veritas: ⁊ que magis diſtat a falſitate. ſ. quia non eſt poſſibile aliter ſe habere: ⁊ talis eſt veritas concluſionis demonſtrate. nã de illa cõſtat manifeſtiſſime ꝙ ſit veritas. ſ. per ſolum illũ modum qui facit ſcire: etiam principia ſua ſunt neceſſaria ita ꝙ non ſit veritas contingens. Veritas autem rerũ contingentiũ minus habent de natura veritatis ex defectu iſtorum duorum. primo quia non conſtat manifeſte ⁊ certiſſime de illis. ſed dubitat intellectus: ideo nõ cauſat de illis ſcientiam ſed opinionẽ que eſt leuis adheſio ⁊ cum formidine. ſecundo ex poſſibilitate ad falſum. nam lʒ aliquid contingens ſit determinate verũ: tamen poſſibile eſt illud eſſe falſũ: cum poſſit ad vtrũlibet verti q̃diu nondum tranſit. ⁊ ſic cũ principia concluſionis contingentis ſint contingẽtia: non accedit veritas contingens ad puriſſimam conditionem veritatis. ⁊ ſic non eſt ſcientia de illa. Tollere ergo veritatem demonſtrate concluſionis que eſt veritas maxima cõnaturalis intellectui: ⁊ maxime ipſum perficiens: eſt tollere bonũ potiſſime particule noſtre que eſt intellect⁹ vt patet. 10. Ethicoꝝ. imo ſm modũ loquendi philoſophorum eſſet tollere totum bonum humanũ qđ eſt in operatione perfectiſſima intellectus: ideo eſt maxime inconueniens ⁊ nequaq̃ admittendũ. ideo quãdo occurrat ſic talis auctoritas vel ratio ineuitabilis contra dictum alicuius approbati doctoris non eſt ſtandũ doctori propter ſuam auctoritatem: ſed veritati ꝑpter ſuam naturalem dignitatem ꝑpter quam teſte Ariſto. 1. Ethicoꝝ. ſanctũ eſt prehonorare illam. ¶ Ita eſt in preſenti quantum ad dictum beati Aug. de die mortis domini. ſ. 8. calendas aprilis. nam ipſe nullum fundamentum probationis ad hoc inducit: ſed ſolum modo hiſtorico refert: ⁊ contra eum occurrunt rationes habẽtes fundamentum in dictis euangelicis ⁊ procedentes via demonſtratiua ex principijs aſtrologicis ad quas nemo ſufficienter poteſt reſpõdere: que habent̃ ſupra. ideo iniuſtum erat valde negare omnia illa: vel dicere ꝙ non intelligamus illa: cum inducant oculis noſtris veritatem manifeſtiſſimam etiam ſi diſſimulare velimus ⁊ ſtare auctoritati Auguſtini de quo conſtat ꝙ potuit errare ⁊ in multis errauit: quorũ quedam ipſe retractauit: alia vero non potuit vt ſupra declarauimus. Apparet euidentiſſime ex dictis ꝙ nõ eſt iſta bona cõſequentia. ſ. hoc dicit aliquis doctor approbatus ab eccleſia in libro approbato: ergo eſt verum: quia multa poſſunt eſſe falſa. nec derogat hoc auctoritatem eccleſie. Immo iſta propoſitio eſt vera. ſ. neceſſe eſt aliqua ab eccleſia approbata falſa eſſe. qđ patet: quia manifeſtum eſt ꝙ eccleſia approbauit omnia opera beati Hieronymi ⁊ beati Auguſtini. ⁊ tñ iſti duo ſepe contradicunt ſibi formaliter ⁊ ab intentione ⁊ ꝑpoſito. imo qđ plus eſt: quia videntur interdum in iſtis loqui cum ſtomacho: vt patet in illis que ſupra allegauimus. ⁊ tamẽ duorum contrariorum vel contradictoriorũ neceſſe eſt alterum eſſe falſum. ⁊ vtrunq̃ approbatum eſt per eccleſiam: ergo eccleſia approbauit aliqua que neceſſe eſt eſſe falſa. ⁊ per hoc patet ſolutio ad quartam rationẽ de approbatione eccleſie.

B
Scia cauſat̃ per ſyllogiſmum demonſtratiuũ.

C
Veritas eſt ꝑfectio itellect⁹ ⁊ illa ẽ maior ꝑfectio itellect⁹ de q̃ magis ꝯſtat ꝙ ſit veritas nečia. talis eſt ſcientia.

D
Veritas reꝝ ꝯtigẽtiũ min⁹ hʒ de rõne vitatis q̃ veritas nečiaꝝ: ⁊ q̃ nõ pt ſic manifeſte hr̃i ⁊ q̃ ꝯtingẽs ñ ẽ ita veꝝ ꝙ nõ pt eẽ falſum.

E
Scia nõ ẽ ð reb⁹ ꝯtingẽtib⁹ q̃ cõcluſio contingẽs eſt ex ꝑncipijs cõtingentibus.

F
Veritas ꝯcluſionis demonſtrate eſt vitas maxima cõnãlis itellectui maxime ipm ꝑficiens: cui⁹ vitatis ꝺſtructio ẽ ꝺſtructio toti⁹ boni itellect⁹: vel toti⁹ boni humani vt phis placet.

¶ Capl̃m.86. In quo reſpondet auctor ad quintam rationem principalẽ de calendarijs: ⁊ dicit non tenere argumentũ aſſumptũ ex annotationib⁹ calẽdarij ob defectũ auc̃itatis: q̃ de multis ibi annotatis nõ ꝯſtat.

A
Calẽdarium ꝯtinet multa quorũ nõ ẽ cert⁹ auctor ⁊ ex hoc calẽdarijs nõ ẽ adhibẽda fides tãq̃ neceſſario veris cũ ꝑſertiʒ nõ oīa calendaria vniformiter idem contineant.

OBijciebatur quinto loco ꝙ in calendarijs antiquis ⁊ in calẽdario ſãcti Iſidori reperitur intitulatũ die 25. martij. paſſio domini: ⁊ die. 27. eiuſdem reſurrectio eius. ¶ Dicendum ꝙ arguere ex his que annotantur in calendarijs non eſt efficax ratio ꝑpter duo: ſcilicet ex defectu auctoritatis: ⁊ ex defectu eius quod dicitur. ¶ Primũ patet. nam de multis que annotantur in calendarijs non conſtat certus auctor: ita vt propter eum aliqualiter moueremur ad aſſentiendum. ſed multi multa ſcripſerunt ſeu conſcripſerunt de quibus non conſtat ꝙ ſint alicuius auctoritatis: imo de aliquibus eorum ſi conſtaret haberentur in minori auctoritate q̃ habentur: quia auctores eorum fuerunt leuiſſimi. Unde non ſolum ea que aliquo modo pertinent ad res eccleſiaſticas: ſed etiam quedam alia multum extranea ⁊ ſecularia que tamen videntur eis memoranda ſolent q̃dam calendarijs annotare. vt ſiquo anno famis valida: aut aquarũ iſolita alluuio: aut grauiſſima bella fuerint: ⁊ ſiqua ſimilia ſũt in multis calendarijs annotata reperi ⁊ quotidie reperiuntur. Sed cogitet q̃libet vir peritus de illis dato ꝙ vera eſſent quantã fidem facerent cum ſit incertus auctor: ⁊ non appareat aliqđ indicium quare illis debeamus aſſentire. Qđ autem dicunt de annotatione diei mortis chriſti ⁊ reſurrectiõis

non eſt longe diſſimile huic. nam non conſtat quis hoc calendarijs annotauerit. ¶ Item minuitur fides huius annotationis quantum ad opinioneʒ eccleſie: quia iſta annotatio non eſt communis in omnibus calendarijs: ſed rariſſime reperitur. nam ſi vt dicitur in antiq̄s calendarijs inuenitur ⁊ eccleſia credidiſſet hoc verum eſſe ⁊ aliqualem auctoritatem adhibuiſſet: feciſſet illud annotari omnibus modernis calendarijs: ſed iam in diſſuetudinem abijt. ergo vel eccleſia aut communiter viri periti putauerunt illud eſſe falſum: vel ſaltem paucam ei auctoritatem ⁊ fidem adhibuerunt non curantes annotare in nouis codicibus quod in antiquis annotatum reperiebant: cum cetera ibi inuenta tranſcriberent. Fuiſſet autem aliqualis preſumptionis ad aſſentiendum ei ratio iſta ſi in omnibus calendarijs annotatio iſta reperiretur etiam non conſtito de auctore: ſʒ hoc non faciebat plenam aut ſemiplenam fidem ſtante in oppoſitum ratione notiſſima ⁊ neceſſaria vt ſupra inductum eſt. Unde quando ſubtiliter aduertitur iſta ratio magis facit in contrarium ꝗ̄ pro inducēte eam: cum dicat ꝙ reperitur in antiquis calendarijs. q.d. non reperitur in omnibus: quod veruʒ eſt. in quo innuitur ꝙ nouitas non tenuit illaʒ annotationē tanꝗ̄ veram aut certam.

¶ Capl'm. 87. Qꝫ in calendario continentur multa impoſſibilia: ⁊ multa veriſimiliter falſa: ⁊ multa totaliter dubia. ⁊ ꝙ omnes annotationes facte in menſibus de introitu ſolis in ſigna ſunt falſe.

SEcundo non tenet iſta ratio ex defectu eorū que annotantur in calendarijs. naʒ preter annotationes feſtorū ⁊ quedam alia que pertinent ad computationem eccleſiaſticam ⁊ ſunt bona ⁊ vtilia: ſunt multa alia quorū quedam ſunt falſa ⁊ impoſſibilia alia ſunt veriſimiliter falſa. alia ſunt totaliter dubia. ¶ De primis patet. naʒ ponitur quaſi communiter in omnibus calendarijs quinto die menſis illius ſol intrat in tali vel tale ſignum. nā dicitur in ianuario. ſol in aquario. ⁊ februario: ſol in piſcibus. ⁊ ſic de ceteris menſibus. ⁊ tamen in omnibus menſibus eſt falſitas. nulla enim reperietur annotatio vera ſi querantur omnes. Qđ patet: nam in martio die decimooctauo dicitur ſol in ariete: ⁊ tamē hoc eſt manifeſte falſum: quia ſol in ariete eſt nunc die vndecima martij: ⁊ interdum die decima. ſ. quando eſt biſſextus. Hoc patet neceſſario computando via aſtrologica per quam ſcitur certiſſime ſine aliquo errore quolibet die ⁊ qualibet hora in quo ſigno eſt ſol ⁊ in quo gradu ⁊ minuto illius ſigni vſqꝫ ad minimas fractiones. ideo ſcitur de luna ⁊ ceteris planetis. Qꝫ autem iſta computatio ſit ſine errore peritis viris in arte illa ſatis notuʒ eſt: tam ex experientia ꝗ̄ per viā demonſtrationis ſm ꝙ facit Ptolemeus in Almageſto. ¶ Sed adhuc quātum ad viros ignorantes probatur hoc modo manifeſto. nam omnes concedunt duo equinoctia eſſe quolibet anno. vnum quando ſol eſt in capite arietis in martio: ⁊ aliud quando ſol eſt in capite libre in ſeptembri. ſed manifeſtum eſt ꝙ illud equinoctium qđ fit in martio non fit die decimooctauo martij ſed multo ante: ſcilicet die vndecimo: ⁊ interdum die decimo. quod ſatis patebit etiam conſideranti vulgariter diligenter tamē per horologium. quia in illis octo diebus: ſcilicet a decimo vſqꝫ ad decimumoctauū ſatis eſt differentia magna ⁊ apparens in quantitate diei. ergo caput arietis intrat ſol die decimo martij vel vndecimo: ⁊ non decimooctauo ſicut annotatur in calendarijs. Idem error accidit circa equinoctium aliud quod fit in ſeptembri: nam annotatur ibi ſol in libra die decimooctauo: ⁊ tamen multo ante ſol intrat in libraʒ: ſcilicet die decimo vel vndecimo. ſicut diximus de ariete in martio. ⁊ hoc manifeſte colligitur ex equinoctio: quia in die decimo octauo ſeptembris iam manifeſte ſunt dies maiores ꝗ̄ noctes aliquantulum: quod bene ſentitur. ¶ Accidit autem error adhuc ⁊ magis manifeſtus vulgarib⁹ circa ſolſtitia. ſunt enim in anno duo ſolſtitia: vnum in iunio ſole exiſtente in capite cancri: ⁊ aliud in decembri ſole exiſtente in capite capricorni. ⁊ annotatur in calendarijs ſolſtitiū eſtiuale die decimoſeptimo iunij: quia illo die annotatur ſol in cancro. Sed manifeſtū eſt etiam vulgaribus ꝙ ſolſtitium eſtiuale ſit multo ante diem decimumſeptimum iunij: ſcilicet die decima vel vndecima: aut quaſi. Quod ſatis apparet ex conſideratione vmbre. nam illa die maxime eleuatur ſol in tota terra habitabili verſus zenith capitis noſtri. ⁊ per vmbram patet immediate quādo ſol eleuatur plus aut minus in meridie etiaʒ ſi ſit valde parua differentia vnius eleuationis ad aliam: quia neceſſe eſt ꝙ faciat differentiam in vmbra. Et hoc conſonat poſitioni toti⁹ vulgi. nam omnes dicunt maximum diem totius anni eē dieʒ ſancti Barnabe: ⁊ eſt dies vndecimus iunij. ⁊ hoc verum eſt: quia aliquando eſt ibi ſolſtitium: ⁊ aliquando die precedenti vel quaſi. ⁊ tamen ſm annotationeʒ calendarij deberet eſſe ſeptem diebus poſt vel quaſi. eſt ergo error magnus. ¶ Idem eſt de ſolſtitio hyemali quod in calēdarijs annotatur die decimooctauo vel decimonono decembris: quia ibi notatur ſol in capricorno. ⁊ tamen multo ante eſt ſolſtitium: ſcilicet die vndecimo vel duodecimo eiuſdem. Quod ſatis patet vulgariter ex vmbris. quia ſicut in ſolſtitio eſtiuali eleuatur ſol maxime ⁊ eſt maximus dies anni: quod per vmbram patet. ita in ſolſtitio hyemali ſol maxime deſcendit in meridie: ⁊ facit minimuʒ diem totius anni. ⁊ etiam hoc apparet manifeſte ex differētia vmbre ab vmbra aliorum dierum. eſt ergo error in calendarijs etiam quantum ad hoc. Et generaliter dicendum ꝙ omnes annotationes que ſunt facte in calendario quantum ad introitum ſolis in ſigna ſunt falſe. naʒ dato errore in vna neceſſe eſt in oībus eē errores: eo ꝙ ille ponuntur ordinate: ſcilicet poſt introitum ſolis in vnum ſignum: decurſis. 30. diebus ponitur itroitus in aliud: ⁊ rurſus decurſis. 30. vno diebus ponitur introituſ in aliud. ⁊ iſtud eſt quaſi propinquum veritati. nam ſm medium motum ſol pertranſit vnum ſignum in triginta diebus ⁊ decem horis ⁊ quibuſdam minutis hore. Uerum eſt ꝙ ad hoc poſſet aliquis vir peritus dicere ꝙ verum eſt eſſe hic errorem magnum: ⁊ tamen iſte error habuit rationabilem introductionem: ſcilicet quia a principio quando calendarium in eccleſia ſcriptum eſt erat introitus ſolis in ariete die decimooctauo martij: ⁊ ille introitus annotatus eſt. ⁊ hoc modo tā illa annotatio ꝗ̄ omnes alie ſunt vere: ⁊ tamen poſtea decurſu temporis falſificatum eſt propter motum augium ſolis: vel propter motum capitis libre ⁊ arietis: ſiue dicatur ꝑꝑ motū celi ſtellarum fixaruʒ. de quo manifeſte ſtare maioris foret negocij: nec ad preſens vtile eſt. ¶ Dicendum ꝙ verum eſt ꝙ per tempora variatur itroitus ſolis in ariete ⁊ in alia ſigna quaſi per modum retroceſſionis in diebus: ſcilicet ꝙ ſi vno tempore eſt introitus ſolis in ariete die decimo martij: eueniet ꝙ aliquando poſt tempora multa erit die quinto: ⁊ aliquando die primo. ⁊ aliquādo redibit equinoctiū ⁊ introitus ſolis in ariete ad menſem februarij: immo ⁊ ad ianuarium: ſi tamdiu mundus duraret ⁊ nō emēdaretur calendarium. ſicut quidam coram ſummis pōtificibus ⁊ in generali etiam ꝯcilio petiuerunt: ſed nondum obtentum eſt. ¶ Anno autem quo chriſtus natus eſt erat equinoctiuʒ vernale. 23. die martij: vt ſatis poteſt inſpicere quicunqꝫ ſciens aliquid in calculatione motuum planetarum: ⁊ ab illo tempore vſqꝫ huc redijt ad hoc ꝙ ſit ſolſtitium vel equinoctium die vndecima ⁊ interduʒ die decima martij. ita proportionaliter fiet in annis ſeqūētibus quouſqꝫ mundus duret ſi nō emēdatur calendarium. ¶ Sed dicendum ꝙ dato ꝙ iſte error acciderit ex hac cauſa non eſt ſatis excuſabilis. Primo quia primus annotator talium introituum ſolis in ſigna ſcire debuerat ꝙ iſte introitus erat mobilis: ideo non debuerat annotare certum diem: vel ſaltem non debuiſſet annotare ſimpliciter. ſ. ſine limitatione aliqua. nam cum reperitur ſcriptuʒ ꝙ tali die eſt introitus ſolis in tale ſignum: legens putat ſemper hoc eſſe verum ⁊ errat. non ergo debuerat annotās ſic annotaſſe

B
Calendaria etſi eēnt vniformia tñ cū auctītati ſcripture vel ratiōi neceīe ꝯdicūt non ſunt tenenda.

A
Calēdariuʒ ꝑter ānotatiōes feſtorū ⁊ q̄dā attinentia ad cōputationē eccleſiaſticaʒ: ꝯtinet falſa ⁊ impoſſ'ia: falſa viſil'r

B
Calēdariū errat i oīb⁹ cōputationib⁹ ſolis ⁊ lune.

C
Calēdariū ponit ſolē i ariete. 18. martij cū ſit. 11. vel. 10. ſi ſit biſſextus.

D
Aſtrologia ſine vllo errore docet de ſole in quo ſigno i quo gradu ſit vſqꝫ ad minimas diuiſiōes. ideʒ de luna ⁊ ceteris planetis.

E
Cōputatiōis vitas qñ ſol ſit in ariete ñ ſolū ſcit̄ ꝑ aſtrologiā ſʒ ꝑ viā eqnoctij.

F
Eqnoctiū veriſ ē ſole exñte i capite arietis qđ ſit nō. 18. martij ſʒ vndecimo ⁊ iterdū decimo: qđ ēt vulgarib⁹ māifeſtū ē: ⁊ tūc ſol ingredit̄ arieteʒ.

G
Calēdariū errat ponēdo ſolē i libra. 18. ſeptēbriſ

H
Solſtitia duo ſē alterū ſole exñte i capite cācri: alterū ſole exñte i capite capricorni.

I
Calēdariū errat ponēdo ſolſtitiū eſtiuum. 17. iunij cuʒ ſit mlto añ. ſ. die vndecimo vl decimo iunij cuʒ tūc maxīe ſol eleuet̄ v̄ſus zenith capitiſ nr̄i: qđ cognoſcit̄ ꝑ decremētum vmbrarꝫ in meridie.

K
Calēdariū errat i ſolſtitio hyemali ponendo illud 18. vel. 19. dcēbris cū ſit die vndecimo vel. 12. eiuſdē: q2 tūc ſūt maiores vmbre in meridie.

L
Calēdariū errat in itroitu ſolis ꝑ oia ſigna. naʒ ex falſa pōne vniuſ itroit⁹ de necītate ſeqt̄ falſa pō alteri⁹ cuʒ ꝑ qđlʒ ſignū ſol dcurrat 30. dieb⁹ ⁊ decē horis ⁊ quibuſdam minutis.

M
Solis itroituſ in ſigna mutabunt̄ de mēſe in mēſeʒ ſi tādiu mundus durabit.

N
Annotator ꝑm⁹ itroituū ſolis nō debuerat ānotare itroit⁹ tales eē immutabiles ſʒ diem cū in centū annis vel circa mutet̄ vn⁹ dies.

notaſſe ſed vel tacuiſſe: cum talis annotatio ſit parum vtilis ad conſiderationem planam eorum que continentur in calendario: vel ſaltem dediſſe aliquam leuem cognitionem de mutatione introitus. nam poterat dicere ꝙ de centum in centuꝫ annos vel quaſi mutatur ille introitus per vnum diem verſus anteriora. vtpote ſi nunc ſit introitus ſolis in ariete die decimo martij: pauliſper redibit quouſq̃ tranſactis centuꝫ annis vel quaſi ſit introitus in arietem nono die: poſtea octauo. ⁊ ſic redeũdo ad anteriora. ¶ Secũdo non eſt

O
Ann⁹ biſſextilis ſp̄ anticipat itroitũ ſolis per vnuꝫ diem citra.

excuſabilis: quia etiam pro tempore ſuo non erat iſtud ſimpliciter verum. nam in quolibet anno biſſextili fiebat introitus ſolis in arietem citra per vnum diem: ſcilicet die decimoſeptimo martij. ideo etiam circa hoc debuiſſet dare leuem doctrinam faciendo mentionem de anno biſſextili: vel non annotando. quia al's p̄ iſtaꝫ annotationem daretur occaſio errandi que non daretur non appoſita annotatione. ¶ Tertio patet quia dato ꝙ auctor primus eſſet aliquo modo excuſabilis: tamen quantum ad propoſitum noſtrum attinet non poteſt tolli quin illa annotatio ſit falſa ⁊ impoſſibilis. ⁊ hoc eſt quod volebamus: ſcilicet ꝙ aliqua contineantur in calendario que ſunt falſa ⁊ impoſſibilia.

¶ Capl'm. 88. Quod non eſt verum ꝙ quilibet menſis addat ſuper aliũ duas horas in creſcendo vel in decreſcẽdo: ⁊ ibi multa aſtrologica de equinoctijs ⁊ ſolſtitijs ⁊ declinationibus maximis ſolis: ⁊ ꝙ non creſcit vel decreſcit dies equaliter in omnibus menſibus: ſed in quibuſdam in triplo q̃ in alijs. ⁊ ꝙ magis creſcit dies in martio q̃ in omnibus menſibus: ⁊ magis decreſcit in ſeptembri q̃ in omnibus menſibus.

A
Calẽdariũ ponit mutationẽ duaꝝ horaꝝ quolꝫ mẽſe ⁊ in iunio ſex horas noctis tm̃ atq̃ in decẽbri ſex diei qd̓ falſuꝫ eſt.

Annotatur etiam in calẽdarijs de ſingulis menſibus quot horas diei ⁊ quot horas noctis habeant. nam dicitur in ianuario ꝙ dies habet horas octo: ⁊ nox horas decemſex. Et februarius habet in die horas. 10. ⁊ nox habet. 14. ⁊ ſic communiter addendo in quolibet menſe: duas horas addendo pro die: ⁊ minuendo duas pro nocte donec veniatur ad iunium: vbi annotatur ꝙ nox habet horas ſex ⁊ dies decem ⁊ octo. ⁊ deinde minuitur dies in quolibet menſe per duas horas: ⁊ nox creſcit per duas donec veniatur in decembrem: vbi annotatur ꝙ dies habet horas ſex ⁊ nox. 18. ⁊ iſte annotationes reperiuntur quaſi conformiter in omnibus calendarijs. ⁊ tamẽ iſte ſunt falſe ⁊ impoſſibiles. ¶ Primo patet quia ponatur ꝙ aliquando ſit dies horarum. 18. ⁊ nox ſex. ⁊ econtrario ꝙ aliquando nox ſit horarum. 18. ⁊ dies horarum. 6. ⁊ tamen in regionibus noſtris nũq̃ hoc reperitur: quia in quinto climate in quo nos manemus dies maximus ad. 15. horas vel quaſi accedit: ⁊ nox maxima ad totidem. Si autem accipiamus in alijs regionibus que ſunt verſus equinoctialẽ: ſcilicet in. 4. et. 3. et. 2. ⁊ p̄mo climatibus magis eſt hoc manifeſtum: quia ibi nox ⁊ dies nunq̃ tantum creſcũt ſicut apud nos: quia minus ibi diſtant ab equalitate cũ minus diſtent a circulo equinoctiali. Si autem velis hoc referre ad alia climata: ſcilicet verſus ſeptimum: etiam non erit hoc poſſibile: quia vnum clima non addit ſuper aliud niſi ſpatium dimidie hore: vt patet ex Ptolemeo in Almageſto: ⁊ eſt ſuppoſitio omniũ aſtrologorum. ideo in fine ſeptimi climatis adhuc non prouenit maximus dies ad. 17. horas: ⁊ conformiter nec maxima nox: quanto magis ad. 18. Nõ ponunt auteꝫ aſtrologici plura climata: ideſt plures regiones habitatas. ⁊ ſic iſta annotatio horarum diei ⁊ noctis falſa eſt pro tota latitudine terre quam aſtrologi in climata diuiſerunt. ¶ Sed dicet aliquis ꝙ lꝫ non verificetur pro terra ſeptem climatũ verificabitur pro aliqua alia terra in qua dies interdum perueniat ad horas. 18. ⁊ nox ad ſex. ⁊ econtrario in maxima nocte que peruenit ad. 18. horas: ⁊ dies tunc erit ſex horarum. ¶ Dicendum ꝙ non ſolum ad. 18. immo terra eſt in qua dies peruenit ad horas. 20. ⁊ in alia ad. 24. ⁊ tunc eſt vna circulatio ſolis integra faciens diem ſine nocte. ⁊

B
Dies maximus ſub q̄nto climate ñ excedit. 15. horas ⁊ nox maxima totidem.

C
Error calendarij ꝙ põne dieꝝ ⁊ noctiũ magis appet ĩ. 4. 3. et. 2. climate vbi dieſ ⁊ nox minoris ſt̃ ſpatij cũ min⁹ diſtẽt ab equatore.

D
Calẽdariuꝫ eſſe falſũ quoad põnẽ noctiũ ⁊ dieꝝ oñdit ſuppoſitio Ptolemei in almageſti ⁊ oium aſtrologoꝝ: ponẽtiũ ꝙ vnũ clima ñ addit niſi d̓ĩaꝫ dimidie hore. ex quo ĩ. 7. climate nec maxim⁹ dies nec maxĩa nox ẽ. 17. horarũ.

E
Clima eſt regio habitata que nõ ſunt niſi. 7.

eſt terra in qua dies durat vno menſe: ſcilicet ꝙ ſol facit triginta circulationes integras antequam occidat ſub horizonte. Et eſt terra in qua prouenit ad duos mẽſes ⁊ ad tres ⁊ quattuor. Et eſt terra in qua dies durat ſex menſibus ⁊ nox totidem: ⁊ ibi vna dies naturalis eſt vnus annus completus de noſtris. ⁊ ibi neceſſe eſt ꝙ ſol faciat centumoctuaginta duas vel tres reuolutiones ſiue circulationes integras ſuper horizontem anteq̃ occidat: ⁊ poſtq̃ fuerit ſub horizonte facit totideꝫ circulationes completas antequam oriatur. ¶ Iſtud autem lꝫ ſimplicibus videatur eſſe falſum vel admirandum valde: tamen nec eſt falſum nec admirandum ſed pure naturale: quia ſicut hic eſt naturale aliquando eſſe diem quattuordecim horarum et noctem decem horarum: ita ibi naturale eſt diem eſſe ſex menſium ⁊ noctem totidem. quod affirmat Ptolemeus ⁊ omnes aſtrologi. Sed dato ꝙ nemo aſſereret neceſſe erat hoc concedi: quia probaretur demonſtratione. ⁊ ſit iſtud propter obliquitatem ſphere ſuper horizonte: ⁊ ſm̃ maiorem ⁊ minorem obliquitatem ſphere vel horizontis ſit iſta diuerſitas in quantitate dierum ⁊ noctium maior. de quo non expectat ad preſens magis dilatare ſermonem. ⁊ ſic bene conceditur quod iſti petunt: ſcilicet an alicubi ſit dies horarum decem ⁊ octo ⁊ nox ſex ⁊ econtrario. ¶ Sed adhuc dicendum ꝙ non eſt excuſabilis ex hoc iſte error: quia tunc tales annotationes ſolum fieri deberent in calendarijs terre illius: ſcilicet in quadam parte Alemanie verſuſ Daciam ⁊ partes maxime aquilonares eius. etiaꝫ in quadam parte Anglie ⁊ inſulis adiacentibus. in terra autem noſtra vllo modo deberent fieri tales annotationes. ¶ Sed forte aliquis dicet ꝙ verum eſt ꝙ pro ſingulis terris ⁊ climatibus deberent fieri proprie annotationes cũ in ſingulis ſit propria quantitas dierũ ⁊ noctium: ⁊ tamen facta eſt vna annotatio pro omnibus regionibus: ſcilicet illa. que communior erat. ¶ Sed dicendum ꝙ hoc nullo modo hoc eſt verum. nam dato ꝙ pro omnibus regionib⁹ fieret vna annotatio: qd̓ erat ſatis inconueniens. tamen illa deberet fieri pro illa regione que participaret magis de natura medij: vt facilius communicaret cum omnibus extremis: ⁊ eſſet minor falſitas. iſta tamen eſt regio quinti ⁊ quarti climatis quantum ad ſitum climatum: vel quantum ad habitationem gentium: quia multi habitant extra omnia ſeptem climata verſus aquilonem ſaltem acciperent ſextum clima pro medio: ⁊ tamen in his non peruenit dies ad ſexdecim horas: ⁊ nox minima non eſt minor octo horis. patet ex Ptolemeo ĩ Almageſti ⁊ Alfragano ⁊ omnibus aſtrologis. ideo nõ proprie aſſumpta eſt annotatio pro terra que eſſet extra omnia climata. ¶ Item quia cum iſta annotatio fiat in calendarijs eccleſie ſeu eccleſiarum: debuit fieri conformis illi terre in qua magis viget eccleſia. ⁊ iſta eſt terra quinti ⁊ ſexti climatis: quia in iſtis duobus climatibus pro maiori parte ſunt omnia regna chriſtianorum habitantium in Europa. de habitantibus in Aſia ⁊ Africa modicuꝫ pertinet ad nos. Et tamen iſtud non factum eſt. ſed facta eſt annotatio pro extremis terris chriſtianorum que a paucis annis ſunt chriſtianorum. nam priuſ maxima pars Alemanie: potiſſime aquilonaris ⁊ tota Anglia ad barbaros pertinebat. Anglici quippe tempore beati Gregorij fidem ſuſceperunt: vt patet ex legẽda ſua. Alemani autem poſterius. nam ⁊ magna quedam pars ipſorum verſus Polonicos diebus noſtris conuerſa eſt: et manent adhuc regiones alique ibi nõ conuerſe: ⁊ ſunt gentes barbarorum non maurorum ſed vere paganorum qui legem nullam circa cultum diuinum tenent: ſed colunt ſyluas tamquam deum. non ergo erat conueniens taliter annotari. ¶ Et adhuc alius error eſt in hoc qui nullo modo poteſt excuſari reſpectu alicuius regionis: ſcilicet quia ponitur ꝙ quilibet menſis habeat duas horas: al's addat duas horas in die ſuper alium: vel totidem diminuat: ⁊ idem reſpectu noctis. ſed hoc eſt impoſſibile. Nam dato ꝙ aliqua regio ſit in qua dies maximus perueniat ad decem ⁊ octo horas: ⁊ nox tunc ſolum

F
Terra ẽ poſt. 7. climata v̓ſus ſeptẽtrionẽ in qua dies eſt. 24. horarum ⁊ nox totidem: ⁊ ſic accedẽdo v̓ſus ſeptẽtrioneꝫ quouſq̃ p̄ueniat ad terrã in q̃ dies ẽ ĩteger ſex menſiũ. i. cẽtũ octuagita duarũ vel triuꝫ reuolutionũ ⁊ nox totidẽ. q̃ nec admirãda ſunt nec ĩcredibilia.

G
Error calẽdarij ĩ ãnotatiõe noctiũ ⁊ dierũ appet q̄ ex illa ſeq̄t illõ ñ eẽ ſcriptũ p̄p̄ terraꝫ. 7. climatũ: ſꝫ p̄p̄ Angliaꝫ vel Daciaꝫ vel vlteriorem terram.

H
Dieꝝ ãnotatio ſi p̄ oib⁹ regiõib⁹ fieri dꝫ ꝙ ñ dꝫ ſꝫ illam regionẽ dꝫ fieri q̃ magis p̄ticipat d̓ nã medij ſicut ẽ regio q̄nti ⁊ q̄rti climatis.

I
Dieꝝ ⁊ noctiũ annotatio ĩ calẽdario d̓buit fieri p̄ q̄nto ⁊ ſexto climatib⁹ cũ ibi ſint fere oia regna xp̄ianorum.

K
Anglici t̄pe bt̄i Gregorij fidẽ ſuſceperũt: Alemanici autem poſt.

L
Error ẽ maxim⁹ dicẽ quel'ꝫ mẽſeꝫ addere ſup̄ aliuꝫ duas horas diei ⁊ noctis ſicut eſt in calendario.

M
Falſũ ē ꝙ ianua rius hẽat noctē 16. horaꝝ ⁊ diē. 8. ſiue itelligaẽ ꝺ oibus dieb⁹ ſiue de ꝗbuſdam.

N
Dies cuiuſlʒ mē ſis ⁊ noctes creſcũt ſp̃ ſiue decreſcunt ⁊ nunq̃ ſũt equales.

O
Error ē ipoſis ⁊ iexcuſabilis dicē mēſem ianuariũ hr̃e oēs noctes horaꝝ.16.q: tũc ſol trãſiret ſpatiũ duaꝝ horaꝝ in p̃mo die februarij ſiue medio cũ februari⁹ hẽat noctē.14.horarũ ⁊ diē.10.

P
Error euidētiſſi m⁹ponētiũ quēli bet mēſē creſcē i die vel i nocte p̃ duas horas pʒ ex h̃ ꝙ magis creſcit martiuʒ i die a p̃ncipio vſq; ad finē mēſis q̃ mai⁹ a p̃ncipio vſq; ad medium iunij. ⁊ eõ nox magis augeẽ a p̃ncipio ſeptēbris ad finē q̃ a p̃ncipio nouēbris ad me diũ decēbris.

Q
Rl̃a eſt ꝙ dies ⁊ nox circa egnoctia valde creſcit circa ſolſtitia parum.

R
Sol p̃ vnã cõpletã circulationē facit diē ⁊ noctē: ⁊ p̃s circuli ſupra horizõtē fac̃ dieʒ ĩfra horizontē facit noctem.

S
Egnoctiũ eſt qñ arc⁹ circulationis ſolis ſupra horizontē ⁊ infra ſũt equales.

habet ſex: tamen adhuc in regione illa non eſt verum ꝙ quilibet menſis addat ſuper alium duas horas preciſe in die vel in nocte: ⁊ nullus ſit qui minus addat nec ſit aliquis qui addat plus. Hoc autem probatur ⁊ petitur quando dicitur in annotatiõe ianuarij nox habet horas.16.⁊ dies.8.⁊ ſic de ceteris: an intelligatur ꝙ in toto menſe ianuarij quilibet dies habeat horas octo preciſe ⁊ quelibet nox habeat ſexdecim. vel intelligatur ꝙ maior dies ianuarij qui eſt vltimus habeat octo horas ⁊ nox tunc habeat decem ⁊ ſex horas. ſed neutrum iſtorum modorum poteſt ſtare in veritate dictum. ¶ De primo patet ꝙ non poſſit ſtare: quia tunc omnes dies ianuarij eſſent equales inter ſe. ⁊ tamen falſum eſt: quia dies ſemper ſunt in creſcendo vel decreſcẽdo: ⁊ nunq̃ ſunt in ſtatu: nec poſſunt dari duo dies equales qui ſint coniuncti. ⁊ ſatis manifeſte cernitur ꝙ in medio ⁊ in fine ianuarij ſunt dies maiores q̃ in principio. ¶ Item patet quia dato hoc ſequereẽ magnum inconueniens ⁊ abſurdum. nam cum dicereẽ ꝙ ianuarius habet in die horas.8.⁊ in nocte.16.⁊ intelligitur de quolibet die ianuarij: ſequeretur ꝙ vltimus dies ianuarij habet.8.horas ſolum ⁊ nox ſua.16.⁊ tũc cum in annotatione februarij dicatur ꝙ nox habet horas.14.⁊ dies decem ⁊ intelligaẽ ſupradicto modo: ſequeretur ꝙ quelibet dies februarij tãtũ haberet in die ⁊ in nocte: ⁊ ſic p̃mus dies februarij haberet horas.10. ⁊ nox ſua horas quattuordeciʒ. Cum ergo vltima dies ianuarij habeat horas.8.ſolum: ⁊ nox horas.16.⁊ primus dies februarij horas decem ⁊ nox horas.14. ſeq̃tur ꝙ erunt duo dies imediati quorum vnus excedat alium per duas horas: ⁊ ſimiliter de noctibus eorũ. qꝺ abſurdum eſt ⁊ impoſſibile ⁊ contra rationem ⁊ experiẽtiam. Nõ ergo poteſt intelligi hoc modo annotatio. ¶ Secũdus etiam modus non poteſt ſtare. ſ. ꝙ ianuarius in die habeat horas octo ⁊ in nocte.16.i. ꝙ in fine menſis ſit dies octo horarum ⁊ nox.16.⁊ ante hoc ſemper ſit dies minor octo horis ⁊ nox maior.16.⁊ ſit continuum crementum vſq; ad finem menſis: ⁊ ſic intelligatur de februario ꝙ dies habeat horas decem ⁊ nox.14. nam hoc dato ſequitur ꝙ dies ſemper ſunt in augmento vel in diminutione: ⁊ ꝙ in omnibus menſibus creſcunt vel decreſcunt equaliter. ſ. in quolibet mẽſe per duas horas. ſed iſtud eſt impoſſibile omnino: q: dato ꝙ ſit aliqua regio in qua maximus dies p̃ueniat ad.18.horas ⁊ minimus habeat ſolum ſex. tamen ibi non eſt poſſibile ꝙ in quolibet menſe dies augeaẽ per duas horas vel totideʒ decreſcat de horis: ita ꝙ in omnibus menſibus ſit augmentum vel detrimentum ſiue diminutio per equalia. ſed ſtante tali terra neceſſario eſt ꝙ aliquis menſis ſit in quo dies creſcat quaſi p̃ tres horas ſuper alium menſem: ⁊ alius ſit in quo non creſcat niſi per horam ⁊ dimidiaʒ vel quaſi. Unde ad ſenſum iſta patent ſiquis iſta inſpiciat. nam magis creſcit dies in martio a principio vſq; ad fineʒ q̃ a principio maij vſq; ad medium iunij. ſic eſt etiam in decreſcendo. nam plus decreſcit dies a principio ſeptembris vſq; ad finem eius q̃ a principio nouembris vſq; ad medium decembris. ¶ Eſt autem regula ꝙ apud equinoctia ante ⁊ poſt in pauco tempore dies valde creſcit: ⁊ apud ſolſtitia ante ⁊ poſt dies modicuʒ creſcunt ⁊ decreſcunt in magno tempore. Iſta autem declarãtur aliqualiter aſtrologice. nam dies ⁊ nox faciunt vnam circulationem integrã: vel vt proprius dicatur ſol ex vna circulatione completa reddit diem ⁊ noctem: ⁊ pars illa circuli ſolis que eſt ſupra horizontem facit diem: illa autem pars que eſt infra horizontem conſtituit nocteʒ. ⁊ quando contingit illos duos arcus eē equales eſt egnoctium: quando vero arcus ſub horizonte maior eſt nox eſt maior. ¶ Eſt autem hic conſiderandum p̃ ampliori euidentia ꝙ ſol mouetur ſemper in zodiaco per medietatem eius non declinãdo ad meridiem vel aqlonem: ſed ſemper per medium ſub linea eclyptica: ⁊ zodiacus eſt circulus interſecans equinoctialem circuluʒ oblique ad angulos equales: ⁊ quando ſol peruenit ad aliquam de illis duabus interſecationibus vbi equinoctialis cum zodiaco ſe ſecat mouetur per equinoctialẽ:

⁊ tunc eſt arcus qui eſt ſuper horizontem equalis arcui qui eſt ſub horizonte: ⁊ ſic nox ⁊ dies equantur. ⁊ quãdo hoc contigit bis in anno ſole p̃ueniente ad illas duas interſecationes: ſit bis quolibet anno equinoctiuʒ. in ceteris partibus anni dies ⁊ nox ſunt iequales. [a] Zodiacus autem ſecans equinoctialeʒ in duobus punctis declinat ab ea in oibus alijs partibus ſuis. ⁊ ſunt duo puncta in quibus maxime declinat: ⁊ ſunt iſta pũcta ſibi oppoſita equaliter diſtantia ab vtraq; ſectione. Et illa puncta vocantur maxime ſolis declinationes: quia quando ſol peruenit ad alterutram duarum ſectionum zodiaci equinoctialis: nulla eſt diſtantia vel declinatio eius: quia eſt tunc realiter in equinoctiali reſpectu cuius accipitur declinatio. ſed cũ inde recedit incipit declinare. ſed cum peruenerit ad alterutrum illoruʒ duorum punctorum nominatorũ: iam non poteſt magis recedere ſed potius redit verſus equinoctiale.. ideo illa duo puncta vocantur maxime ſolis declinationeſ. Uocantur etiam duo tropici: ideſt circuli conuerſionuʒ: q̃ vſq; ad illos procedit ſemper ſol ab equinoctiali. cum autem peruenerit ad aliquem illorum non procedit vltra ſed incipit redire vel conuerti verſuſ equinoctialẽ. ideo conuerſiui circuli vel tropici in greco quod idem eſt proprie dicũtur. [b] Quãdiu autem ſol eſt in iſtis declinationibus ab equinoctiali verſus aliquem de duobuſ tropicis dies ⁊ nox ſunt equales. ¶ Uocantur autem iſta q̃ttuor puncta ſic: ſcilicet vnus punctuſ interſecationis equinoctialis cuʒ zodiaco vocatur caput arietis. Et punctus interſecationis oppoſite vocatur caput libre. Et vnus punctus maxime declinatiõis vocatur caput cancri vel tropicus cancri. Alius punctus oppoſit⁹ declinationis maxime vocatur caput capricorni: vel tropicus capricorni. In capite arietis ſit equinoctium vernale: quod eſt circa medium martij. In capite libre ſit equinoctium autumnale: ⁊ eſt circa medium ſeptembris: tunc ſunt noctes ⁊ dies equales. In capite cancri ſit ſolſtitium eſtiuale: ⁊ tunc eſt dies maximus anni. In capite capricorni ſit ſolſtitium hyemale: ⁊ tunc eſt dies minimus ãni ⁊ nox maxima. [c] ¶ Ex hoc apparet ꝙ cũ ſolum bis in anno ſit equinoctium ſole exiſtente in alterutra duarum ſectionum: ſcilicet capitis arietis ⁊ libre ꝙ q̃diu quando declinat ab equinoctiali verſus alterum tropicorum quouſq; ⁊ redeat rurſus ad equinoctialem erunt dies minores noctibus: ⁊ quando ab illa ſectione ad alterum tropicorum declinat: donec iteruʒ redeat ad equinoctialem erunt dies maiores noctib⁹. ¶ Ex quo rurſus ſequitur ꝙ cum iſte due partes declinationis ſint due medietates circuli zodiaci quaʒ ſol cõplet in vno anno: ꝙ in vna medietate anni erunt ſemper dies maiores noctibus: ⁊ in alia medietate erunt ſemper noctes maiores diebus. ¶ Ex his ſequiẽ rurſus ꝙ in illa medietate que eſt declinando ab equinoctiali interſectione verſus tropicum capricorni quouſq; redeatur ad aliam interſectionem que eſt oppoſita. ſ. declinando a capite libre ad tropicum capricorni quouſq; redeatur ad aliam ſectionẽ que eſt caput arietis ſunt dies minores noctibus. ⁊ hoc eſt a medio ſeptembris vel parum ante vſq; ad medium martij vel quaſi. nam ibi ſunt iſte due interſectiones. ¶ Etiam ſequitur ꝙ q̃diu ſol tendit ab interſectione capitis arietis verſus tropicum cancri: quouſq; redeat iterum ad equinoctialem interſectionem que eſt capitis libre ſunt dies maiores noctibuſ. ⁊ hoc eſt a medio martij vel q̃ſi vſq; ad medium ſeptembris vel quaſi: quia ibi ſignantur hec loca ſectionum. ¶ Apparet etiam ex dictis ꝙ a tropico cancri ſiue capite cancri vſq; ad tropicuʒ vel caput capricorni dies decreſcunt. nam cum ſole exiſtente in capite cancri recedat maxime ab equinoctiali in illa medietate circuli in qua creſcunt dieſ: neceſſe eſt ꝙ ſit ibi maximus dies anni vt etiam ſupra dictum eſt. iõ q̃diu receſſerit ſol ab eo vſq; ad tropicum capricorni in quo eſt minimus dies anni ſemper decreſcit. naʒ antequam ſol veniat ſeu perueniat ad diem maximum non poteſt dies decreſcere: ⁊ poſtquam peruenerit ad minimum etiam non poteſt decreſcere. ideo in tota iſta medietate que eſt inter duos tropicoſ dies decreſcet. ⁊

T
Zodiac⁹ circulus p̃ cui⁹ eclypticam trãſit ſol iterſecat egnoctialē p̃ ãgulos rectos: p̃ quos ſol trãſiẽs fac̃ duo egnoctia q: tũc arc⁹ ſupra ⁊ ifra horizõtē ſt eq̃les: p̃ reliquuʒ ãni ſũt ineq̃les.

V
[a] Zodiac⁹ hʒ q̃ttuor pũcta quoruʒ duo ſẽ i q̃b⁹ iterſecat egnoctialeʒ ⁊ ſunt duo egnoctia. duo v̄o ſũt q̃ maxie diſtant ab egnoctiali ⁊ vocanẽ maxie declinatiões ſolis: q̃ cũ ſol ē in alterutro illoꝝ maxime diſtat ab equinoctiali. dn̄r ēt duo tropici. i. duo circuli cõuerſionuʒ. q: cuʒ ſol p̃uenit ad alterutrũ illorũ ↄuertit ſe verſus egnoctialē.

X
[b] Solſtitiũ eſtiuũ ē pũct⁹ maxie declinationis ſolis verſus aqlonē ⁊ vocaẽ tropic⁹ ſiue caput cãcri: oppoſit⁹ huic tropic⁹ ſiue caput capricorni. in capite libre eſt egnoctiuʒ autũnale. in capite arietis vernale. i. tropico capricorni eſt ſolſtitiũ hibernũ cuʒ dies eſt minimuſ nox maxima. nã i eſtiuo eſt ecõtra.

Y
[c] Dies ſẽ miores noctib⁹ ꝺclinãte ſole a capite libre donec p̃ueĩat ad caput arietis ⁊ eõ ſole declinãte a capite arietis donec perueniat ad caput libre.

Z
Dies ꝺcreſcũt ꝺclinãte ſole a tropico cancri vſq; ad tropicũ capricorni: augẽtur q; declinante ſole a tropico capcorni vſq; ad tropicuʒ cãcri: cũ nequeat augeri niſi perueniaẽ ad minimũ nec minui niſi p̃ueĩaẽ ad maximũ

AA
Dies ⁊ nox ſemꝑ creſcūt aut decreſcunt ſucceſſiue.

ſcet. ⁊ iſtud eſt a medio iunij vel quaſi vſqꝫ ad medium decembris vel quaſi. Et in medietate illa que eſt a tropico capricorni vſqꝫ ad tropicum cancri dies ſemper decreſcet. nam poſtqꝫ ſol peruenit ad tropicum capricorni non poteſt dies decreſcere cum non poſſit magis elongari ab equinoctiali: ſed potius redeat ad illam. ⁊ poſtquam peruenerit ad tropicum cancri non poteſt dies magis creſcere quia non poteſt plus incedere ab equinoctiali. ideo iter iſtos duos tropicos ſemper creſcit: ⁊ eſt medietas āni que eſt a medio decembris vel quaſi vſqꝫ ad medium iunij vel quaſi. ❡ Nunc demōſtrato quomodo dies ſemper creſcit aut decreſcit ⁊ in quibus partibus anni ⁊ circuli hoc fit. declarandum eſt de quantitate augmenti ⁊ diminutionis. Diximus autem ꝙ a tropico cancri vſqꝫ ad tropicuꝫ capricorni ſemper dies decreſcunt: ⁊ a tropico capricorni vſqꝫ ad tropicum cancri ſemꝑ creſcunt. ⁊ tñ vt planius videaꝛ ⁊ breuius conſideremus ab equinoctijs ad ſolſtitia. ſ. ab interſectione equinoctialis ⁊ zodiaci vſqꝫ ad aliquē de tropicis. Et pro hoc preſumendum ꝙ zodiacus circulus quem ſol pertranſit in vno anno diuidiꝛ in duodecim partes que vocātur duodecim ſigna. ſ. aries. taurus. gemini. cancer. leo. virgo. libra. ſcorpius. ſagittari⁹. capricorn⁹. aquarius. piſcis. Tria prima: ſcilicet aries: taurus: gemini ſunt in illa quarta zodiaci que eſt ab eqnoctio vernali vſqꝫ ad ſolſtitium eſtiuale: ſiue a capite arietis vſqꝫ ad tropicum cancri. Et tria ſequentia: ſcilicet cancer: leo: virgo: ſunt a ſolſtitio eſtiuali vſqꝫ ad eqnoctium autumnale: ſiue a capite cancri vſqꝫ ad interſectionem capitis libre. Tria ſequētia: ſcilicet libra: ſcorpius: ſagittarius: ſūt ab equinoctio autumnali vſqꝫ ad ſolſtitiuꝫ hyemale: ſiue a capite libre vſqꝫ ad caput vel tropicum capricorni. Et tria vltima: ſcilicet capricorn⁹: aquarius: piſcis: ſunt a ſolſtitio hyemali vſqꝫ ad equinoctium vernale: ſiue a tropico capricorni vſqꝫ ad interſectioneꝫ capitis arietis. ❡ In primis tribus eſt ſol a medio martij vel quaſi vſqꝫ ad medium iunij vel q̄ſi. Et in ſecundo ternario eſt a medio iunij vel quaſi vſqꝫ ad mediuꝫ ſeptembris vel quaſi. In ſequenti ternario eſt a medio ſeptembris vel quaſi vſqꝫ ad mediuꝫ decēbris vel quaſi. In quarto ternario eſt a medio decembris vel quaſi vſqꝫ ad mediuꝫ martij vel quaſi. ❡ Hoc preſuppoſito dicendū ꝙ dies creſcit vel decreſcit quādocunqꝫ ſol recedit ab equinoctiali verſus aliquem de tropicis: ſiue ad aliquam de maximis declinationibus quod idē eſt. ⁊ ſm ꝙ magis recedit magis creſcunt vel decreſcunt dies: ⁊ quando equaliter recedit in duabus partibus aliquorum ſignorum in illis equaliter creſcūt vel decreſcunt. Pro quo ſciendum ꝙ iſte due maxime declinationes ſiue duo tropici eq̄liter diſtāt ab equinoctiali. quelibet enim earum diſtat. 24. gradibus fere: ſcilicet diuidendo totum zodiacum in trecentas ⁊ ſexaginta partes equales. quelibet illarum vocatur vnus gradus: ⁊ vigintiquattuor de illis habet linea que intercidit inter equinoctialem ⁊ quamlibet earum declinationum. dico autem de linea que cadit ſuꝑ vtrunqꝫ recte: ⁊ interſecet vtrumqꝫ ortogonaliter ad angulos rectos ſpherales. ❡ Hoc viſo retento preſuppoſito noſtro dicamus ꝙ ſi aliqua terra in qua maior dies ſit horaruꝫ decem ⁊ octo: ibi quando ſol fuerit in capite arietis in medio martij vel quaſi erit dies duodecim horarum ⁊ totidē nox. ⁊ quādo fuerit ſol in capite cancri erit dies 18. horarum ⁊ nox ſex: ⁊ quando fuerit ſol in capite libre erit dies horarū. 12. ⁊ nox totidem. cum vero fuerit ſol in tropico capricorni erit dies. 6. horarū ⁊ nox. 18. ❡ Ex quo apparet ꝙ in declinatione ſolis ab equinoctiali. ſ. a capite arietis vſqꝫ ad tropicum cancri creſcat dies ſex horas: ⁊ in alia declinatione ſolis ab eqnoctiali: ſcilicet a capite libre vſqꝫ ad tropicuꝫ capricorni decreſcit dies ſex horas: ⁊ vtraqꝫ declinatio ē vigintiquattuor graduum fere vt dictuꝫ eſt. ideo cuilibet hore reſpondebūt quattuor gradus de declinatione. Ita vt dicamus ꝙ quando ſol declinauerit a capite arietis vſqꝫ cancrum quattuor gradibus erit dies horarū tredecim: ⁊ cuꝫ declinauerit ſex gradibus erit dies tredecim horarum ⁊ dimidie: ⁊ cuꝫ declinauerit decē ⁊ octo gradibus erit dies. 16. horarum ⁊ dimidie: ⁊ cum declinauerit viginti gradibus erit dies decem ⁊ ſeptem horarum. Cum vero declinauerit vigintiquattuor vel quaſi iam eſt in capite cancri: ⁊ eſt tunc dies. 18. horarum completarum. Similiter in diminuendo cum ſol declinat quattuor gradibus a capite libre verſus capricornum eſt dies vndecim horarum: ⁊ cum declinat. 8. gradibus eſt dies decem horarum: ⁊ cum declinat. 16. gradibus eſt dies octo horarum: ⁊ cum declinat vigintiquattuor gradibus fere eſt in fine declinationis ⁊ eſt dies ſex horarum. ❡ Nunc autem dicendum ꝙ a capite arietis vſqꝫ ad caput cancri in quo ſpatio augetur dies ſex horis ſunt tria ſigna equalia: ſcilicet aries: taurus: gemini. Et a capite libre vſqꝫ ad capricornū in quo ſpatio decreſcit dies ſex horis ſūt reliq̄ tria ſigna equalia: ſcilicet libra: ſcorpius: ſagittarius: ⁊ quodlibet iſtoꝝ ſignorum pertranſit ſol in vno menſe: ſcilicet in triginta diebus ⁊ decem horis ⁊ paucis minutis hore. Idō crederet aliquis ꝙ illa declinatio maxima que eſt. 24. graduum fere: ſcilicet ab equinoctiali ad tropicuꝫ cācri diuidatur equaliter per iſta tria ſigna: ſcilicet aries: taurus: gemini. ⁊ tunc cum cuilibet ſigno correſponderent octo de gradibus declinationis competerēt ei due hore augmentationis diei. ⁊ quia in quolibet illoruꝫ triū menſium: ſcilicet a medio martij vel quaſi vſqꝫ ad medium iunij vel quaſi ſol tranſit per vnum ſignum: eſſet augmentum diei in quolibet illorum menſium horarū duarum. Et ſic fieret procedendo a libra verſus capricornum per alia tria ſigna: ſcilicet libram: ſcorpionem: ⁊ ſagittarium: ſcilicet ꝙ cuilibet iſtorum trium ſignorum cōpeterent octo gradus de illa declinatione: ⁊ qđlibet illorum ſeruit vni menſi: eſſet in quolibet illorum trium menſiuꝫ: ſcilicet a medio ſeptembris vſqꝫ ad medium decembris vel quaſi crementum duarum horarum: ⁊ ſic eſſet equale. ⁊ tamen non eſt. ❡ Sed dicendum eſt ꝙ lꝫ ſigna omnia inter ſe equalia ſint quia qđlibet continet gradus. 30. ⁊ ſol tantum moratur in trāſeūdo vnum ſicut alterum ſm motum mediū: ⁊ in quolibet triginta diebus ⁊ horis decem ⁊ quibuſdam minutis hore: tamen de illa latitudine declinatiōis ab eqnoctiali non competit eis equaliter: ſed quibuſdā plus ⁊ alijs minus. ⁊ hoc neceſſarium eſt propter motum ſectionis ⁊ curuationis circuli: ſicut ad oculum apparet ſiquis reſpicit in ponendo chordas ⁊ ſagittas pro arcubus circulorum. Unde eſt regula ꝙ quando aliqua ſigna vel partes ſignorū magis accedant ad puncta eqnoctiorum competit eis magis de latitudine illa declinationis. Et quanto magis appropinquant ad puncta ſolſtitiorum minus competit eis de iſta latitudine declinationis. Et ob hoc magis creſcit dies ſole ſtante in ariete q̄ꝫ ſole ſtante in tauro: ⁊ magis ſtante in tauro q̄ꝫ ſtante in geminis. Eodem modo in illa quarta que eſt a capite capricorni vſqꝫ ad caput arietis creſcunt dies: ⁊ magis creſcunt in piſcibus q̄ꝫ in aquario: ⁊ magis in aquario q̄ꝫ in capricorno: ſm ꝙ magis accedunt ad caput arietis vbi eſt equinoctium. ❡ Similiter autem ⁊ in alia medietate in qua decreſcunt dies: ſcilicet a cancri capite vſqꝫ ad capricornum. nam decreſcunt dies magis in virgine q̄ꝫ in leone: ⁊ magis in leone q̄ꝫ in cancro: ſm ꝙ magis ad caput libre vbi eſt equinoctium accedunt. Etiam in quarta que eſt a capite libre vſqꝫ ad capricornum. nam magis decreſcunt dies in libra q̄ꝫ in ſcorpione: ⁊ magis in ſcorpione q̄ꝫ in ſagittario. Eſt multum inequalis iſta diuiſio non ſolum in ſignis ſed etiam in partibus ſignorum. nam in ariete magis creſcunt dies in duodecim gradibus primis q̄ꝫ in quattuordecim de vltimis: ⁊ ita in quolibet alio ſigno: ſm ꝙ vna pars eius magis vel minus accedit ad equinoctij punctum. vnde in primis decem gradibus geminorum magis creſcit dies q̄ꝫ in decem vltimis. Ita etiā eſt in decreſcendo: quia quanto magis accedit aliquod ſignum vel pars ſigni de medietate illa in qua decreſcit dies accedit ad equinoctium autumnale: ſcilicet ad caput libre: magis decreſcūt ibi dies. ⁊ ob hoc in virgine ⁊ libra magis decreſcūt q̄ꝫ in alijs: q2 iſta duo ſigna magis accedūt ad pūctū eqnoctij autūnalis. vñ ēt i octo

BB
Zodiac⁹ diuidiꝛ i ſigna duodeciꝫ ⁊ illa i q̄rtuor ternaria: quoꝝ p̄mū eſt aries: taur⁹ ⁊ gemini: ab vndecimo martij ad vndecimuꝫ iunij excluſiue. ſcđꝫ cā cer. leo. virgo ab vndecimo iunij ad vndecimū ſeptēbris. tertiū libra. ſcorpi⁹. ⁊ ſagitari⁹ ab vndecimo ſeptembris ad vndecimū dēcēbꝛiſ. q̄rtū capricorn⁹. aq̄ri⁹. piſcis: ab eo ad vndecimū martij.

CC
Zodiac⁹ ē. 360. graduū ⁊ vterqꝫ tropic⁹ diſtat ab equinoctiali. 24. gradibus per lineam rectam.

DD
Terra vbi dies ſit. 18. horaꝝ ſole exiſte in capite arietis ⁊ libre hꝫ eqnoctiū: exiſte i tropico cācri hꝫ noctē. 18. horaꝝ ⁊ diē. 6. i tropico cancri eꝫ ex quo dies ſibi augeꝛ minuiturue. 6. horis p. 24. gradus ⁊ q̄libet hora continet quattuor gradus.

EE
Error ponētium quēlꝫ mēſē addere diei ⁊ nocti duas horas ꝓcedit ex hꝫ ꝙ cū tropic⁹ cancri diſtet ab eqnoctiali. 24. ğ. dib⁹ diuidūt eq̄liter hos p tria ſigna: ⁊ cū cuilꝫ cōpetāt. 8. gradus: ⁊ q̄lꝫ hora hꝫ quattuor gradus: opinati ſūt quolibet mēſe addi duas horas diei vel nocti.

FF
Signa ſingula celeſtia ꝯtinēt gradus triginta: ſol moraꝛ equalr̄ in vnoquoqꝫ illoꝝ.

GG
Signa q̄ ꝓpingora ſūt eqnoctiali latiorē ꝺclinationē hñt: q̄ vo magis remota ſunt minus latā.

HH
Dies maxie creſcūt i ariete ⁊ i piſcib⁹ q̄ꝫ i toto tpe āni. noctes magis creſcūt i vgine ⁊ libra q̄ꝫ i toto tpe āni: q2 hec ſigna ſūt ꝓpingora eqnoctiali. ſilis rō ē ꝺ quolꝫ gradu cuiuſcūqꝫ ſigni q̄ꝫto ꝓpinquior eſt eqnoctiali.

gradibus vltimis virginis magis decreſcunt dies ꝗ̃
in octo immo nouem primis:ſcilicet quia octo vltimi
gradus magis accedunt ad punctum equinoctij ꝗ̃ pri-
mi octo. ¶ Fit autem econtrario in libra. nam in pri-
mis octo gradibꝰ eius magis decreſcit dies ꝗ̃ in octo
vel nouem vltimis : eo ꝙ primi octo magis accedunt
ad punctum equinoctij. Sic etiam in ariete ⁊ piſcibus.
nam primi gradus arietis ſunt maioris declinationis
⁊ crementi diei ꝗ̃ vltimi. in piſcibus autem econtra-
rio:quia in quinqȝ vltimis gradibus piſciuʒ magis cre
ſcit dies ꝗ̃ in quinqȝ primis. Procedit autem iſta di-
uerſitas intantū ꝙ in ariete cōpetunt quaſi duodecim
graduʒ de illa declinatiōe.24.graduū: ⁊ in tauro quaſi
ſeptē: ⁊ in geminis quaſi q̃ttuor.ſicut mãifeſte appet ex
tabulis declinationis ſolis q̃s aſtrologi faciunt. ⁊ ſatis
ꝓbat hoc demōſtratione modo geometrico ex habi-
tudine duorum circulorum ſe ſecātium oblique ad an-
gulos inequales ſicut ſe ſecant equinoctialis ⁊ zodiacꝰ.
⁊ ſatis hoc probat Ptolemeus in Almageſti. Ita etiaʒ
eſt in parte decreſcentie diei.nam a cancro in capricor
num decreſcunt:ſed competunt cancro quaſi quattuor
gradus: ⁊ leoni quaſi ſepteʒ: ⁊ virgini quaſi. 12. Hec di
cuntur groſſo modo quia non expectat ad preſens cer-
tificare preciſe de his. ¶ Ex quo apparet ꝙ dies cre-
ſcūt quaſi in triplo a medio martij vſqȝ ad mediū apri
lis vel quaſi: ꝗ̃ a medio maij vſqȝ ad mediū iunij vel
quaſi.etiam patet ꝙ tantū creſcunt vel quaſi a medio
martij vſqȝ ad medium aprilis ſicut a medio aprilis vſ
qȝ ad medium iunij.ſ.tantum.30.diebus ſicut in ſexa-
ginta. Si tamen accipiatur dies a principio martij vſ-
qȝ ad finem eius:adhuc erit maius crementū ꝗ̃ a me-
dio martij vſqȝ ad medium aprilis. Ratio huius eſt qr
a medio martij vel quaſi vſqȝ ad mediū aprilis eſt to-
tum ſignum arietis.a principio autem martij vſqȝ ad
finem eius ſunt vndecim gradus piſcium poſtremi: ⁊
decem ⁊ noueʒ vel viginti gradus arietis. Et tamē ma
gis creſcit dies in decem gradibus vltimis piſciū cuʒ
viginti primis gradibus arietis: ꝗ̃ in omnibus trigin-
ta gradibus arietis. Ratio eſt quia in decē vel. 11.gra
dibus vltimis piſcium magis creſcit dies ꝗ̃ in decem
vltimis gradibus arietis.nam deceʒ vltimi gradus pi
ſcium ſunt coniuncti equinoctio: ⁊ decem vltimi gra-
dus arietis ſunt remoti ab eo. ¶ Unde dicēdū ꝙ ma
gis creſcit dies a principio martij vſqȝ ad finem eius
in vno menſe ꝗ̃ a medio aprilis vel quaſi vſqȝ ad me
dium iunij in duobus menſibus.nam huic menſi com
petunt pluſꝗ̃ duodecim gradus de illa declinatione: ⁊
alijs duobus nominatis non competūt duodecim gra
dus vt declaratum eſt. In illa autem quarta anni que
eſt a medio iunij vſqȝ ad mediuʒ ſeptembris:in triplo
decreſcūt dies a medio auguſti vſqȝ ad medium ſeptē
bris ꝗ̃ a medio iunij vſqȝ ad medium auguſti.ſ.tantuʒ
in vno menſe ſicut in duobus. ⁊ ſi accipiatur menſis ſe
ptembris a principio vſqȝ ad finem:magis in illo de-
creſcit dies ꝗ̃ a medio iunij vſqȝ ad medium auguſti:
⁊ tantum quantuʒ a medio octobris vel quaſi vſqȝ ad
medium decembris. Et ſicut diximus de quarta anni a
medio martij vſqȝ ad medium iunij in creſcēdo:ita di
cendum de quarta anni a medio ſeptembris vſqȝ ad
medium decembris quia ſunt quarte oppoſite: ⁊ idem
inductum eſt de eis. Et ſicut dictum eſt de quarta anni
a medio iunij vſqȝ ad medium ſeptembris in decreſcē
do.ita dicendum eſt de quarta ſibi oppoſita.ſ.a medio
decembris vſqȝ ad mediuʒ martij in creſcendo. ¶ Ex
hoc etiam infertur ꝙ tantum creſcunt dies ſole exiſtē-
te in toto ſigno piſciuʒ ⁊ arietis.ſ.a medio februarij vel
quaſi vſqȝ ad medium aprilis vel quaſi in duobꝰ men
ſibus:quantum creſcūt ſole exiſtente a principio capri
corni vſqȝ ad fineʒ aquarij: ⁊ a principio tauri vſqȝ ad
finem geminorum.ſ.a medio aprilis vſqȝ ad medium
iunij que ſunt ſex ſigna ⁊ quattuor menſes coniungen-
do crementum iſtorum quattuor menſium lʒ non ſint
continui. ¶ Idem etiam dicendum in decreſcendo.ſ.
ꝙ tantuʒ decreſcunt dies a principio virginis vſqȝ ad
finem libre.ſ.a medio auguſti vſqȝ ad finem octobris
vbi ſunt duo ſigna ⁊ duo menſes quantuʒ a principio
cancri vſqȝ ad fineʒ leonis.ſ.a medio iunij vſqȝ ad me
dium auguſti: ⁊ a principio ſcorpionis vſqȝ ad fineʒ ſa-
gittarij.ſ.a medio octobris vſqȝ ad medium decēbris
coniungendo vtrãqȝ diminutionem in qua ſunt quat-
tuor ſigna ⁊ quattuor menſes. Apparet ergo ꝙ falſa ⁊
impoſſibilis eſt illa annotatio calendarij.ſ. ꝙ tantum
addat vnus menſis ſuper alium de die vel nocte quã-
tum alius ſuper alium ⁊ omnes equaliter.ſ. ꝙ quilibet
addat horas duas vel tantūdem diminuat:ſed aliquã-
do in vno mēſe creſcit vel decreſcit in triplo ꝗ̃ in alio:
⁊ aliquando in duplo vel quaſi: ⁊ ſic de ceteris diuer-
ſitatibus. Et per hoc patet primum membrū quod intē
debamus deducere.ſ. ꝙ aliqua ponuntur in calēdarijs
que ſunt falſa ⁊ īpoſſibilia ſicut deductū eſt.

II
Signū ꝓpinquus egnoctiali ɔtinet pluſꝗ̃. 12. ḡdus declinationis ab egnoctiali:proximū.7.reliquū ſignū.4.vel paulo minus.

KK
Martiꝰ mēſis a ꝑncipio ad fineʒ hʒ.11.gradūs piſcis ⁊.19.arietis.

¶ Caplm̄.89. Qꝫ in calendarijs ſolet poni qua die crea
tus eſt Adam ⁊ qua die intrauit Noe in arcam ⁊ fal-
ſe annotantur: ⁊ ꝙ mundus non fuerit creatus in mar
tio ſed in ſeptembri.

SEcundum erat ꝙ quedaʒ ponūtur in ca
lendarijs que ſunt veriſimiliter fal
ſa.ſicut eſt de creatiōe mūdi ⁊ Ade.
nam in quibuſdam calendarijs po-
nitur quo die fuerit creatus Adam
⁊ ponitur in martio circa fineʒ.iſtō
autem videtur eſſe falſum ſaltem veriſimiliter.naʒ iſti
preſupponunt mundum creatum fuiſſe in martio. ⁊ qr
homo ſexto die creatus eſt Gen̄. 1.ca.ponunt ſexto die
creationem Ade ab illo die quo credunt mundū crea-
tum. ⁊ vtrunqȝ eſt ſm̄ eos in martio. Sed circa hoc in-
ter doctores eſt dubium quando mundus creatus fue-
rit: quibuſdam tenentibus ꝙ in martio : alijs ꝙ in ſe-
ptembri ad finem. ⁊ hoc tenēt communiter iudei: ꝙ vi
ceſimaquinta die ſeptēbris creatus eſt mundus: ⁊ Adã
vltima die ſeptembris. ⁊ in hac opinione conueniunt
multi periti latinorum. Et videtur manifeſte vera ſicut
induximus ſatis rationibus euidentibus tã ſuper Gen̄.
ꝗ̃ ſuper Exodum. ⁊ non ſolum rationibus naturalibꝰ
ſed etiaʒ teſtimonijs ſacre ſcripture. ponere ergo Adã
fuiſſe creatum in martio eſt ponere aliquid veriſimile
falſum:vel ſaltem magis preſumptuoſum ꝗ̃ verum.
¶ Item in multis calendarijs ſolet annotari quando
introiuit Noe in arcam: ⁊ qua die cuius mēſis cepit di
luuium: ⁊ qua die egreſſus eſt Noe de arca.nam Gen̄.
7.et.8.ponuntur dies ⁊ menſes pro quolibet iſtorum
⁊ pro multis alijs. ⁊ cum ipſi preſupponant menſes in-
cipere a martio ⁊ ibi fuiſſe mundum creatum ſicut ſu-
pra dictum eſt : annotant ſingula iſtorum in menſi-
bus ſequentibus ſm̄ ꝙ videtur conuenire ſacre ſcri-
pture Gen̄. ⁊ tamen cum in fundamento errant vel ſal-
tem ſit veriſimile eos errare:ſcilicet ponendo munduʒ
creatum in martio ⁊ ibi incipere menſes anni: neceſſe
eſt eos conſequenter deficere in omnibus ſequentibus
annotationibus cum deberent ponere eas computan-
do menſes a fine ſeptembris vel principio octobris.
¶ Item apparet hoc magis efficaciter:quia vt iudei te
nent ⁊ eſt ſatis veriſimile:immo quaſi neceſſarium an
ni illi qui computantur in Gen̄. ⁊ menſes erant luna-
res:quia erant tales quales anni ⁊ menſes quos nunc
habent iudei:niſi ꝙ differunt in principio anni. Quod
patet quia Exo. 13. deus dixit ad Moyſen.mēſis iſte
principium menſiuʒ vobis erit primus in menſibus an
ni. ⁊ ſic idem erat principium menſis ⁊ finis ſm̄ com-
putationem priorem temporuʒ que fuerat in ſacra ſcri
ptura: ⁊ inter iudeos cum principio ⁊ fine menſis qui
nunc pertinebat ad ſecundam computationem quan-
do iudei inceperunt illam quam nunc ſequuntur. ſed
ſolum differebat principium anni:quia forte ille men-
ſis qui alˀs erat ſextus menſis anni vel quintus efficie-
batur nunc ex mandato dei principium anni ⁊ primus
inter menſes Exo. 12. ſed menſes iſti quos nunc iudei
habent ſunt menſes lunares.ergo menſes illi quos ha
bebant prius ⁊ quibus ſcriptura vtitur erant lunares.
quia ſi detur ꝙ eſſent ſolares non poterãt incidere cuʒ
menſibus lunaribus.nam non poſſunt eſſe eadem prin
cipia ⁊ fines ſolarium ⁊ lunarium menſium:cum ſola-
res ſint

A
Error ē credere tã mūdū ꝗ̃ Adã ꝓductum fuiſſe in martio.

B
Mundus iuxta opiōnē iudeorū creatꝰ ē.25.ſeptēbris: ⁊ Adã vltima. vide auctō. ſup Gen̄. ⁊ ſuper Exodum.

C
Calēdarij error aſſignãtis diem itroitꝰ Noe i arcã ⁊ qñ icepit diluuium apparet qr calēdariū incohoat ãnū a martio cū debeat incohoari in fine ſeptēbris: ⁊ qr põit ãnū ꝑ decurſū ſolis cū debeat poni ꝑ decurſuʒ lune vt tenent iudei:cū ñ poſſint eſſe eadem ꝑnci pia ſolariuʒ ⁊ lunarium menſiū.

res ſint maiores. ⁊ tamen ſic illi menſes quibus prius vtebantur iudei ⁊ quibus Moyſes vtitur in ſacra ſcriptura enarrando diluuiũ ⁊ alia accidentia erãt mẽſes lunares. menſes tamen noſtri ⁊ omnium latinorũ ſunt ſolares: ideo non coinciderent menſes iudeorum nec illi cum noſtris. ⁊ ſic dato ꝙ principium mundi fuit in martio non coincideret primus ille menſis cum martio noſtro. ſicut nec nunc concordat primus menſis iudeorum cum martio noſtro: lʒ ipſi incipiãt ſemper ſuũ annum circa equinoctium vernale quod eſt in martio.

D
Anni pncipiũ a pncipio lune circa egnoctiũ vernale ſũpſerũt iudei i exitu ab egypto ex mandato dei.

⁋ Ex dictis etiam apparet ꝙ non fuit mundus creatus in martio: quia a creatione mundi ceperit computari annus: ⁊ fuit tunc primus menſis anni de illis mẽſibus ⁊ annis quibus Moyſes vtitur in Gen̄. ⁊ iſtis mẽſibus vtebantur iudei tunc. ⁊ tamen in computatione annorum quam deus iuſſit eis tollere ex egypto non erat idem primus menſis anni qui erat ſm primam cõputationem que tenebatur a principio mundi vt patet Exo. 12. ſ. menſis iſte principium vobis menſium erit primus in menſibus anni. ergo videtur ꝙ non erat ille primus in alia computatione: quia als non mandaret nunc ꝙ iſte eſſet primus. ⁊ cum principium anni quod deus iuſſit nunc tenere hebreis fuit in martio ſicut poſtea ſemper tenuerunt ⁊ etiam nunc tenent. ergo annuʒ a principio mundi non incipiebat in martio: ⁊ conſequenter non fuit creatus mundus in martio: ſed magiʒ in ſeptembri vt probatum eſt vbi ſupra. ⁊ conſequenter annotationes iſte que procedunt preſupponẽdo ꝙ fuerit creatus mundus in martio falſe ſunt. ⁊ dato ꝙ fuiſſet creatus in martio: non poteſt coincidere prim⁹ menſis illius anni cum martio noſtro: ⁊ ſequentes mẽſes eius cum ſequentibus menſibus noſtris qui ſunt menſes ſolares. ⁊ tamẽ annotationes de introitu Noe in arca: ⁊ de inundatione aquarum diluuij ⁊ de exitu de arca ſiunt in mẽſibus noſtris quaſi coinciderent cuʒ illis menſibus qui ponuntur in Gen̄. ⁊ ſic apparent iſta falſa manifeſte vel ſaltem veriſimiliter: ⁊ ponuntur in plurimis calendarijs. ⁋ Tertium erat ꝙ in calẽdarijs ſunt quedam rationabiliter dubia an vera ſint vel falſa. ſicut ſolet annotari in quibuſdam calendarijʒ diuiſio apoſtolorum in iulio menſe certo die: quaſi illo die apoſtoli receſſerunt ab inuicem ⁊ diſperſi fuerunt per totum orbem ad predicandũ: ſcilicet ꝙ omnes vna die receſſerint ab inuicem non eſt verum: quia multi receſſerunt prius alijs manentibus in hieruſalem. qḋ patet ad Gala. 1. c. dicitur ꝙ quando Paulus conuerſus eſt iuit in arabiam ⁊ damaſcum: ⁊ poſt tres annos redijt in hieruſalem ⁊ non inuenit ibi niſi beatum Petrum ⁊ Jacobum fratrem domini. ⁊ ſequitur. aliorum apoſtolorum vidi neminẽ. non ergo omnes diuiſi ſunt vel diuiſerunt ſe ab inuicem eodem die. ⁋ Item dato ꝙ non intelligatur ſic ſed ſoluʒ ꝙ apoſtoli omnes poſt mortem chriſti fuerunt ſimul: ⁊ prima dies qua ab inuicem ceperunt recedere fuit illa dies ſignata eſt totaliter dubium: quia non conſtat ex aliquo loco autentico nec ſcimus aliquem virum doctũ qui hec aſſerat. Alia autem ſimilia ſolent poni in quibuſdã calendarijs que pertinent ad accidentia temporum ⁊ res magnas vulgares: de quibus an ſic vel econtrario ſint nulla fides eſt: ſed eadem facilitate contemnuntur qua recipiuntur immo iuſtius reijciuntur ⁊ contemnuntur q̃ recipiantur: quia intellectus cum aliquid concipit debet concipere vt verum: ⁊ tamen circa talia non eſt aliquod motiuum. ſ. nec ratio: nec auctoritas ad ſuadendum ꝙ vera ſint: ideo ad viros doctos pertinet talia potius contemnere q̃ aduertere ad illa. Inductum patet ex predictis quanta fides debeat dari eis que in calẽdarijs cõtinentur: ⁊ quantum valeat iſta ɔſequentia: ſcilicet hoc reperitur in calẽdarijs ergo ſic eſt. Et ſic eſt in preſenti: quia lʒ reperiatur in quibuſdam calendarijs annotata paſſio domini ⁊ reſurrectio. 25. 27. martij: non ſequitur inde ꝙ ſic fuerit: potiſſime qꝛ non reperitur hoc in omnibus calendarijs: ſed ſolum in quibuſdam de antiqs. ex quo apparet ꝙ contemnitur iſta aſſertio: maxime cum reperiatur in contrarium ratio fortiſſima que ſupra inducta fuit in tertia cõcluſiõe. Et per hoc patet ſolutio ad quintam rationem.

E
Calẽdariũ certificat q̃daʒ q̃ dubia ſũt rõnabilr nũqd vera ſint an falſa. ſ. ꝙ omnes apli receſſerint ad pdicãdũ vna die qḋ falſuʒ vt ad Gala. 1.

F
Dubia circa diuina myſteria iuſtius contẽnunt q̃ recipiantur.

G
Intellectus cum aliqd concipit dʒ illud cõcipere vt verum.

⁋ Caplm. 90. In quo auctor reſpondet ad ſextam rationem principalem probans ꝙ aſtrologi dies annorũ biſſextilium non omittunt in ſua cõputatione.

SExta ratio erat ꝙ lʒ proceſſus aſtrologicus in probatione dicte concluſionis bonus ſit ⁊ fundamenta neceſſaria ſint: tamen peccat ratio iſta: qꝛ aſtrologi computant annos ⁊ omittunt dies annorum biſſextilium qui ſuperadduntur: ⁊ ſuper hoc prouenit iſte error. ⁋ Ad iſtam rationem indignum erat reſponderi cum tamẽ manifeſte diſipiat qui hec obijcit nec vnq̃ vidit aſtrologorum libros. Eſt enim manifeſtum ⁊ puerile inter aſtrologos: nec poteſt quis ignorare ꝙ omnes calculãtes motus planetarum per quaſcũq; tabulas que ſunt ad multas eras diſtinguũt de annis biſſextilibus ⁊ nõ biſſextilibus. Sic patet ex tabulis toletanis in canonibus ſuis. ſic etiã pʒ ex tabulis regis Alphonſi. nam ibi dicitur ꝙ ſunt quedam ere biſſextiles: ⁊ quedã non biſſextiles: ⁊ inter biſſextiles ponit eram incarnationis. Et rurſus diſtinguit quaſdam eſſe biſſextiles in primo anno: alias in ſecũdo anno: alias in tertio: alias in quarto. era autẽ chriſti eſt biſſextilis in quarto anno vt ibi patet ⁊ vt nos obſeruamus. Idem docet in computando annos ſpanſos in ſingulis quartis annis diem addere pro quacunq; computatione. ideo talis error nulli aſtrologo obijciendus eſt. ⁋ Item iſtud eſt abſurdiſſimum: quia ſi aſtrologi omitterẽt computare dies biſſextiles: ⁊ per hoc accideret eis error intolerabilis. naʒ non ſolum eſſet error in vna die vel duobus. ſed eſſet error in trecentis ſexaginta vno diebus. quia cum incepturus ſit annus milleſimus quadringẽteſim⁹ quadrageſimus quartus chriſti ſm computationem eccleſie ⁊ vulgarem que ſit cum diebus biſſextilibus: ſubtrahantur dies biſſextiles qui competũt omnibus iſtis annis ⁊ erunt trecenti ſexaginta ⁊ vnus. quod patet diuidendo totum iſtum numerũ per quattuor: vel de quolibet quaternario accipiendo vnuʒ. ⁊ ſic errarent iam quaſi in vno anno completo. vnde fieret ꝙ quicquid aſtrologi iam calcularent ſepoſito iſto errore haberent erroreʒ quaſi vnius anni. vnde omnia eſſent falſa in aſtrologia. Et tamen ad oculum videmus omnia vera eſſe que illi de motibus corporũ celeſtium dicunt. ſiue eniʒ calculent motum ſolis: ſiue lune: ſiue quorũcunq; aſtrorum videmus omnia vera eſſe. Unde ſi dicant tali tẽpore erit coniunctio duorum planetarum: vel oppoſitio: vel erit eclypſis nihil errant: non ſolum vnum annum aut menſem: immo nec diem nec horam nec punctum: ſed omnia que de motibus dicunt punctualiter ſunt vera. Quomodo autem poſſet aſtrologus dicere ex nunc vſq; ad tot annos tali die ⁊ tali hora erit eclypſis ſolis vel lune ⁊ tãtũ durabit: ⁊ ꝙ ſic eueniet ſi ipſi iam haberent in calculatione ſua quaſi errorem vnius anni: Et tamẽ omnia iſta eueniũt infallibiliter ſicut illi dicunt in diebus ⁊ temporibus noſtris quibus ipſi aſſignant. ⁊ tamẽ anni noſtri ſunt biſſextiles: ergo ipſi obſeruãt biſſextum: quia als calculatio ſua non poſſet conuenire tẽporibus noſtris: ⁊ quanto magis tempus procederet tanto maior error iſte fieret cum in ſingulis quattuor annis perderent vnum diem biſſextilem. ⁋ Item patet hoc falſum. nam ſequerẽtur grauiſſima inconuenientia: ſcilicet ꝙ aliquando aſtrologi dicerẽt equinoctium vernale eſſe in medio iunij ⁊ ſolſtitium eſtiuale in medio ſeptembris: ⁊ equinoctium autumnale in medio decembris: ⁊ hyemale ſolſtitium in medio martij. Et ſic ponerent equinoctia vbi ſunt ſolſtitia ⁊ ſolſtitia vbi ſũt equinoctia. Quod patet quia de equinoctio ad ſolſtitium eſt vna quarta anni: ſcilicet nonaginta ⁊ vnus dies ⁊ portio diei. ⁊ tamen in trecentis ⁊ ſexaginta ⁊ octo annis ſi non computentur dies biſſextiles perdentur nonaginta ⁊ vnus dies que eſt quarta pars iſtius anni. ⁊ ſic tũc aſtrologi per nonaginta ⁊ vnum dies anticiparent ſolſtitia ⁊ equinoctia ſuper noſtram computationem: quia nos computamus dies

A
Error dicẽtiũ in cõputo aſtrologorũ nõ cõnumerari annos biſſextiles cũ in oibuʒ tabulis aſtrologoꝝ ere biſſextiles a nõ biſſextilib⁹ diſtinguãtur ⁊ era natiuitatis xp̄i ponatur biſſextilis.

B
Aſtrologi ſi omitterẽt dies biſſextiles in mille q̃dringẽtis q̃draginta q̃ttuor ãnis q tũc ab ortu xp̄i currebãt omiſiſſent. 361. diem.

C
Aſtrologi q̃cũq; dñt de motibus planetaꝝ vã ſunt necduʒ ad diẽ ſʒ ad horã ⁊ pũctũ.

D
Aſtrologi ſi poſſent vera dicere de motib⁹ planetaꝝ ſi biſſextiles ãnos omitterẽt.

E
Aſtrologi ponerent ſolſtitia vbi ſunt egnoctia ⁊ ecõtra ſi biſſextꝰ omitterent.

F
Egnoctiũ a ſolſtitio diſtat p q̃rtã ãni. ſ. p. 91. diẽ ⁊ portionẽ diei.

biſſextiles: ⁊ conſequenter ponerent ſolſtitium vbi ſm nos debet eſſe equinoctium ⁊ econtrario: quia tot diebus diſtat quodlibet equinoctium ab vtroq; ſolſtitiorum. etiam conſequenter facerent ipſi diem minimum ⁊ diem maximum anni vbi nos facimus diem ⁊ noctē equales dicendo ꝙ introitus ſolis in ariete eſſet a medio decembris cum nos ponamus illum in medio martij quando eſt equinoctium. ⁊ dicerent ꝙ ſolſtitiuꝫ eſtiuale eſſet in medio martij quod nos ponimus in medio iunij vel quaſi. ⁊ iſte error non ſolum ſemel contigiſſet eis ſed etiam pluries. nam dato ꝙ a tēpore chriſti ſolū icepiſſet errare neceſſe erat ꝙ erraſſent quater cum ab illo tpe vſq; nunc fuerunt trecenti ⁊ ſexaginta vnus anni biſſextiles in quibus eſt quaſi annus cōpletus colligendo ſolum dies biſſextiles: ⁊ ɔſequenter ſūt quater nonaginta vnus vel quaſi. ⁊ ſic quater nunc accidiſſet eis error eſſe. ſ. ꝙ feciſſent equinoctiū vbi erat ſolſtitium ⁊ econtrario. Talis autem error non ſolū nō eſt poſſibilis in aliquo artifice quantūcunq; groſſo ⁊ indocto: ſed nec etiam in paruulis indoctis. ſ. dicere ꝙ eſt equinoctium vbi eſt dies maximus anni vel minimus: ⁊ econtrario dicere eſſe maximum vel minimum diem vbi eſt equinoctium. Accidiſſet etiā eis bis ex tēpore chriſti ꝙ dixiſſent eſſe ſolſtitium eſtiuale vbi eſt ſolſtitium hyemale. ſ. eſſe maximum diem anni vbi eſt minim⁹ ⁊ ecōtrario. Qđ patet quia de vno ſolſtitio in aliud eſt medietas anni. ſ. centum octuagintaduo vel tres dies. ⁊ tamen a tempore chriſti vſq; huc tranſierunt trecenti ſexaginta vnus dies in quibus bis eſt numerus centū octuagintaduo vel quaſi. Accidiſſet etiā alius error: ſcilicet ꝙ cum nos dicamus nunc inchoari debere annum milleſimum quadringenteſimū quadrageſimumquartum chriſti: ipſi dicerent inchoari annum milleſimum quadringenteſimum quadrageſimū quintum precedentes nos in vno anno: quia ex trecentis ſexaginta vno diebus biſſextilibus qui fuerūt a natiuitate chriſti vſq; huc iam quaſi colligitur vnus integer annus. ¶ Accideret ēt alius error: ſcilicet ꝙ aſtrologi non dicerent incipere annum chriſti vbi nos: ſed aliquando ipſi dicerent eſſe ianuarium vbi nos ponimus auguſtum: ⁊ aliquādo vbi nos octobrem. ⁊ ſic circularetur per omnes menſes anni: eo ꝙ cum ſingulis quattuor annis ipſi amitterent vnam diem de computatiōe noſtra: impoſſibile erat ꝙ menſes ſm nos ⁊ ſm eos inchoarent ⁊ finirentur eiſdem diebus. ¶ Multi quoq; alij errores acciderent: quia dato vno inconuenienti plura contingunt. ⁊ tamen nullus talis error eſt apud aſtrologos: quia tam in ſumma annorum q̄ in principio ⁊ finibus menſium concordant cum eccleſia ⁊ vulgo. ideo ſtultum eſt eis talia obijcere. ¶ Sed adhuc dato ꝙ aſtrologi errarent in omiſſione anni biſſextilis non poterat eſſe quod iſti volunt defendere: ſcilicet ꝙ mortuus fuerit chriſtus. 8. calendas aprilis: ſcilicet. 25. die martij. ¶ Nam communiter ponitur chriſtum mortuum fuiſſe anno ſuo. 33. inchoante: vel. 34. ⁊ tamen ſm computationem eccleſie ⁊ vulgi cum annis biſſextilibus anno. 33. chriſti inchoato dies. 25. martij erat dies martis: vt patet reducēdo ſe ad annos poſteriores: vel per arteꝫ littere dominicalis: vel quomodocunq; voluerint. ⁊ tamē chriſtus mortuus eſt in die veneris vt omnes euangeliſte teſtantur ⁊ ſupra inductum eſt. ¶ Si autem dicant ꝙ mortuus eſt anno. 34. ſuo inchoato non eſt poſſibile: quia tunc dies. 25. martij fuit dies iouis vt patet ex predictis ſuis computationibus cum annis biſſextilibus. ſed chriſtus die veneris mortuus eſt. ¶ Item non ſtat: quia chriſtus mortuus eſt luna. 15. ſ. die primo azimorum ſm iudeos. ⁊ tamen anno. 33. chriſti inchoato die. 25. martij luna non erat 15. ſed ſolum. 5. luna: ⁊ die tertio aprilis erat luna. 15. ⁊ ibi vere chriſtus mortuus eſt. Anno autē. 34. inchoato die. 25. martij non fuit luna. 15. ſed. 17. ideo etiam tunc non poterat chriſtus mori. omnia iſta ſupra in ꝓbatione concluſionis tertie inducta ſunt. ⁊ ſic patet ꝙ iſta allegatio de errore aſtrologorum per omiſſionem biſſexti eſt falſa. ⁊ dato ꝙ vera eſſet omnino eſſet eis inutilis. Et ſic patet ad ſextam rationem.

H
Biſſextiles anni ab ortu xp̄i vſq; ad auctoris tpa fluxerūt. 361.

I
Aſtrologi q̄ter feciſſēt equnoctiū vbi erat ſolſtitiū ſi ab ortu xp̄i tm̄ omiſiſſent ānos biſſextiles.

J
Solſtitiū eſtiuale vbi ē hyemale ⁊ ꝯ bis poſuiſſēt aſtrologi ꝓ omiſſionē ānoꝝ biſſextiliū ab ortu xp̄i cū ab ortu xp̄i ad auctoris tpa bis pertrāſierint tot dies biſſextiles quot ſūt īter eſtiuū ⁊ hyemale ſolſtitium.

Nota quo tpe doctor ſcripſerit hoc defenſoriuꝫ.

K
Errarēt aſtrologi tā ī nūero q̄ ī īchoatiōe ānoꝝ ſi biſſextiles annos omitterent.

L
Mors xp̄i etiā ſi aſtrologi ānos biſſextiles omitterēt non p̄t dici fuiſſe. 25. martij ſm eccleſie cōputū q2. 33. āno xp̄i fuit dies martis. 34. dies iouis. nec luna. naꝫ. 33. luna erat quīta. 34. luna erat. 17

¶ Caplm̄. 91. In quo reſpondet ad vltimam rationeꝫ principalem de correctionibus temporum: declarans que ⁊ quales correctiones temporū fuerunt facte apud latinos ⁊ quando: ⁊ ꝙ nullā omittunt aſtrologi.

Poſtremo obijciebatur ꝙ errat conculcatio aſtrologica: quia poſt mortē chriſti fuerunt facte alique correctiones in computatione menſium ⁊ annorum ſicut prius ſepe ſiebant ⁊ cum omiſſis illis computent aſtrologi errant. ¶ Iſta ratio eſt inſipientior ⁊ ineptior ceteris: q2 nullo iure fundatur. nam non obijcitur hic aliquid ſpecialiter contra computationem aſtrologicam ſicut ſupra inducebatur: ſed ſolum ꝙ fuerint facte alique correctiones temporum: ⁊ ꝙ aſtrologi procedant omiſſis illis. nā oportebat dici que correctiones fuerunt ille et probare quot fuerunt. etiam inducere quomodo aſtrologi in calculando procedant omiſſis illis. ſed neutruꝫ declarant: ideo non erat aduertēdum ad hoc ſed omittendum tanq̄ nullum. Sed vt magis confundatur error iſtorum arguentium. dicendum ꝙ poſt mortē chriſti non fuit facta aliqua emendatio vel correctio in cōputatione tempoꝝ ſm latinos. emēdationes auteꝫ que apud latinos facte fuerūt ſūt iſte. Apud antiquiſſimos enim ⁊ viros rudes erant ſolum decem menſes ⁊ incipiebatur a martio ⁊ finiebatur annus in decēbri. Erat autem iſta computatio incōueniens quia non complebat annus circulum ſolis: ⁊ ſic nō erat ſemper ver aut eſtas aut hyems in eodem menſe. ſed in vno anno incipiebat ver primo menſe anni: anno ſequenti incipiebat in menſe tertio. ⁊ ſequenti anno in menſe quinto: ⁊ poſtea in ſeptimo deinde in nono ⁊ iterum redibat ad primum. ⁊ hoc quia circulatio ſolis ſm quam cauſantur quattuor tempora anni: ſcilicet ver: eſtas: autumn⁹: ⁊ hyems: non poterat compleri niſi in. 12. menſibus latinis. ⁊ ſic in ſex annis latinis complebantur ſolum quinq; circulationes ſolis. ⁊ iſtud erat valde inconueniēs: ſcilicet ꝙ tempora non eſſent fixa per menſes ſed mutarentur. magna tamen vtilitas eſt ꝙ tempora ſint fixa per menſes vt per hoc ſciamus determinare quando incipit quodlibet tempus. ¶ Iſtud autem eſt apud nos. nam ſm menſes noſtros fixa ſunt tempora: vtpote ſi vno anno icipit ver in medio martij in primo die equinoctij ſemper ibi incipiet. nec apparet aliqua ſenſibilis differentia. Sic incipit ſemper eſtas in medio iunij vel quaſi. autumnus ſemper ad mediuꝫ ſeptembris. hyems ad medium decembris vel quaſi: ⁊ per hoc vulgus iam ſcit quo menſe erit tale vel tale tempus. ſi autem tēpora eſſent mobilia per menſes non eſſet ita cognitum apud vulgus quādo ſingula tēpora inciperēt: ideo non erat conueniens aſſignatio temporuꝫ. ¶ Itē quia cum tempora cauſentur per motum corporum celeſtium ⁊ per illa notificentur: debuerunt anni noſtri computari per motum alicuius corporis celeſtis: ſcilicet alicuius planete: quia iſti ſunt velociores in motu q̄ cetera aſtra. ⁊ tamen computatio anni ex decem mēſibus non cōpetit motui alicuius planete vel aſtri: q2 nullus planetarum in tali tempore complet circulum ſuum: quia omnes planete requirunt maius tempus preter lunam que complet curſum ſuum in minori tempore. ideo irrationalis ⁊ ſine cauſa fuit omnino talis aſſignatio anni quaſi a caſu poſita. ⁊ ſatis cōſtat ꝙ apud aliquos viros nimis indoctos fuit facta talis computatio: ⁊ poſteri manentes in eadem ignorantia vel aliquantulum propter reuerentiam predeceſſorum ſuorū tenuerunt iſtam computationem. ¶ Durauit autē iſta computatio apud latinos etiam vſq; ad tempora Romuli: ⁊ refert Ouidius in primo libro faſtorum vbi diligenter enarrat tempora ⁊ feſta ⁊ cerimonias latinorum: vt patet ex principio ſuo: ſcilicet tempora cum cauſis digeſta per annum. ⁊ ſatis aperte vſq; ad illud tēpus manſerunt ſic tempora inordinata: quia in omnibus preteritis ſeculis viri rudes fuerant latini. nam ⁊ italici ante aduētū ſaturni vix ſciebāt colere leuiter terras: ſꝫ ille docuit eos agriculturā cū veniſſet de grecia fugiens

M
Nō ſi adducens ꝓbōneſq̄ ⁊ quot fuerūt correctiones tēpoꝝ omiſſe ab aſtrologis ſtulta eſt ⁊ inefficax.

N
Ann⁹ apđ rudes latinos vſq; ad Romulum erat. 10. menſiū ⁊ inchoabat a martio: ex quo ſequebat ꝙ nō ſp poterat inchoare a vere nec complebat in āno tota circulatio ſolis.

O
Tpa cāuſāt ⁊ dēmōſtrāt ꝑ mot⁹ corpoꝝ celeſtiū ⁊ p̄ſertim ꝑ mot⁹ ſolis ⁊ lune ⁊ ió ꝑ illos debent mēſurari.

P
Planete ſūt velociores in motu q̄ cetera aſtra.

Q
Planete oēs req̄rūt mai⁹ tp̄s. 10. mēſib⁹ ad cōpletionē ſui motus excepta luna ⁊ mercurio.

R
Italia an̄ aduentum ſaturni vix ſciebat colere terras: ipſe docuit eos colere terrā fugiēs ex grecia pp̄ qđ italia coluit eū vt deū.

fugiens a facie iouis filij ſui qui eum occidere conabatur. Et ob hoc gentes italie ſuſcepto ab eo tanto beneficio coluerunt eum in deū: ⁊ in tabulis eneis fecerunt ſculpendo nauis imaginem in reuerentiā ſaturni: innuentes ꝙ nauigando veniſſet in italiam. ſic ait Ouidius primo faſtoꝝ. ſ. ac bona poſteritas puppim formauit in ere: hoſpitis aduentu teſtificata ſui. Etiā ab eo illi populi latini vocati ſunt ſaltē a primeua origine. nam cum ipſe fugiens iouem filium ſuum latere voluiſſet in italiā: quedam pars terre in qua ipſe māſit latium appellata eſt a latendo q2 ibi latuit: ⁊ inde latinorum nomen deriuatū eſt. ¶ Etiam q2 ſaturnus inſtruens italos in arte agriculture docuerat eos terram ſtercore fomentare ipſum deū ſterculinum vocauerunt vt multis placet. ecce quanta ruditas ſeculi cuꝫ ⁊ agriculturam non noſſent. Idē Uirgilius loquēs de origine italie. 6. eneidos. dicit quoſdam viros incognitos icoluiſſe eā. Et ſolinus in polyſtho2. c. de origine vrbis Rome dicit primos incolas italie aborigines fuiſſe. i. ſine origine. non quidem ꝙ non eſſent de aliqua origine: ſed q2 origo eorum erat ignota cū non fuerint viri famoſi. Et ſic ſolemus homines plebeos aborigines appellare. ſ. q2 nō ſunt de domo vel familia noiata: ſed vt cōiter incognita. ¶ Fuerūt tn̄ in italia qdam reges ex tpe ſaturni. ſ. ſaturnus: ⁊ ianus: ⁊ picus: ⁊ faunus: ⁊ latinus: ⁊ pauci alij manente adhuc rudi illo ſeculo vſqꝫ ad bellū troianum qn̄ eneas ⁊ troiani multi cuꝫ eo venerunt in italiā regnante Latino ⁊ Turno rege rutiloꝝ. Uſqꝫ ad hoc tempus incognita fuerunt ſecula ⁊ magis a poetis ꝙ̄ ab hiſtoriographis cōmendata. poſt Eneā aūt effecta ſunt clariora. ſed adhuc rude vulgus erat. ⁊ ſic manſit vſqꝫ ad tempora Romuli qui de progenie Enee fuit. Iſte Romā condidit ⁊ fuit primus rex Romanorū. ſed adhuc eo viuente annus latinorum decē menſibus claudebaē: vt teſtatur Ouidius primo faſtoꝝ. Defuncto vel magis occiſo Romulo regnauit numapompilius vir ingenio ſagax: ⁊ a demonibus in ſuperſtitiōe eruditus abūdantiſſime. Hic primus Romanis leges dedit q̄s Romulus dare non potuerat quadam fretus calliditate. Nā nocturnis horis cū lympha egeria ſe colloqua hr̄e ſecreta fingebat ⁊ ab ea legiſlationē recipere: cuꝫ tamen arte hydromātica demones conſuleret que in aq̄ exercetur: ⁊ ibi imagines rerum queſitarum oſtenduntur. ipſam vero aquam egeriam lymphā appellauit: q2 de terre ſecretis viſceribus egeritur. i. emittiē. de hoc Ouidius. 15. Meta. ⁊ Augu. 3. de. ciuitate dei circa finem. Iſte itaqꝫ rex ingenio pollens indoctā latinorum gentē primo legibus ornare curauit: deinde vt nihil eis deeſſe videretur tempora eorum corrigere conatus eſt. Et cum prius eſſent decē menſes duos addidit. quorum vnū a noīe dei ſui ⁊ antiquiſſimi regis. ſ. iani ianuarium appellauit. alium vero ad honorem deorum inferni ⁊ animarū purgandarū februariū appellauit. Timebat. n. vir ille demones ⁊ colebat eos. illa quoqꝫ rudis etas aīas iā corpore exutas formidabat putans eas ad nocendum potentes effectas: ⁊ vt non apparerent viuentibus ad terrendum eos ⁊ nocendū illis volebant eas ſacrificijs placare. ¶ Iſta aūt ſacrificia vocanē apud latinos purgationes. ſ. q2 purgaē habitacula humana ne in illa igrediātur anime defunctorum: ſicut nunc purgamus domos aſpergentes eas aqua benedicta contra demonū inſultus. ⁊ q2 purgationes vocantur februa: vocatus eſt menſis iſte februarius. Iſta februa ſiue purgationes per domos aſpergebantur. ſic ait Ouidius. 2. faſtoꝝ. ſ. ipſe ſacerdotem iactantem februa vidi. i. aſpergentē purgationes. ⁊ in iſto menſe februario vacabant latini circa cultum deorum inferorum ⁊ aiarum corpore ſolutarum. Iſtos duos mēſes quos Numapompilius addidit poſuit in fine anni: vnde ianuarius erat menſis vndecimus anni: ⁊ februarius duodecimus ⁊ vltimus. ⁊ ſic manebat ſemper principium in martio. ſic ait Ouidius primo faſtoꝝ. ſ. qui ſequitur ianum veteris fuit vltimus anni. i. ille menſis qui ſequitur poſt ianum. i. ianuarium: erat vltimus in anno veteri. poſtea vero facti ſunt primi ſicut manent modo.

S Saturnꝰ fugiēs irā filiorꝫ ptē italie in q̄ latuit latium appellauit ⁊ ide latini dicti ſunt.

T Italie ppli aborigines eo ꝙ eorū icognita eēt origo ſūt appellati.

V Italie reges ſaturnꝰ: ianꝰ: picꝰ: faunus: ⁊ latinꝰ: qui fuit troiano bello.

X Roma condita fuit a Romulo.

Y Numapompiliꝰ ḋdit leges Romanis a demonibꝰ eruditꝰ: fingēs ſe nocte edoceri a nympha egeria.

Z Hydromantia quā nūapōpiliꝰ exercebat i aq̄ ex cōſultatione demonū i q̄ repſentāē imagines rerum q̄ſitarum.

AA Numapompiliꝰ egeriā aquā appellauit ꝙ e terre viſceribꝰ egeraē ⁊ p eā hydromātiam exercuit vide et Aug. de ciuitate dei circa finem.

BB Numapōpiliꝰ putabat aīas ſolutas corpe poſſe nocere viuētibꝰ idcirco inſtituit purgationes.

CC Februarius dictꝰ eſt q2 februa vocanē purgationes vide Ouidium. 2. faſtorum.

DD Februarius expēdebaē a Romanis dijs iferis ⁊ aīj corpe ſolutis.

¶ Capl'm. 91. Qꝫ nulla gens rationabiliter poteſt computare tempora ſua niſi per motum celi: ⁊ non p motum primi mobilis nec ſtellarum fixarum: ſed per motum planetarum: ⁊ non p aliquem planetā niſi per ſolem ⁊ lunam. ⁊ de hoc ponuntur ſex rōnes: ⁊ ibi dr̄ia veneris ⁊ mercurij.

Ad maiorē intelligentiam huius ſciendū ꝙ cum annus ſit tempus: ⁊ tempus cauſetur per motum ⁊ fundeē motu q2 eſt menſura eius. 4. phy. ⁊ iſte motus non eſt quilibet: ſed ſolum motus celi. ⁊ nō cuiuſlibet celi: ſed ſolum primi mobilis. i. none ſphere q̄ eſt origo totius motus tam celeſtis ꝙ̄ elementalis: debebat cognoſci ⁊ deſignari annus nr̄ vel tempora noſtra quecunqꝫ p motum primi mobilis. Quia tn̄ menſura dꝫ eſſe aliqd certū. 4. phy. ⁊ motus primi mobilis eſt nobis incognitus q̄tum ad ſenſum cum non habeat aliquā ſtellam illud celum nec corpus ipſum videatur a nobis: nō potuit noſtrum tempus determinari per motū primi mobilis. Poſt primū mobile ſuccedit celum ſtellatū vbi ſunt ſtelle fixe: ⁊ iam ibi nos videmus ipſas ſtellas ⁊ cognoſcimus eas ⁊ videmus motum earum determinatum. per iſtas iam poterat menſurari ⁊ cognoſci tempus noſtrum. Quia tamen menſura dꝫ eſſe multū determinata ⁊ cognita: ⁊ quanto fuerit magis determinata hꝫ magis de ratiōe menſure: non potuit tempus noſtrum computari per ſtellas fixas: eo ꝙ propter tarditatē videē ille motus quodāmodo infinitus ⁊ indeterminatus. Nam quelibet ſtella fixa ſm cōem poſitionem mouetur in centum annis gradu vno. ⁊ ſic cū in toto circulo ſunt gradus. 360. non poſſet aliqua ſtella fixa complere circulum ſuum: niſi in triginta ⁊ ſex milibus annorum de noſtris. talis autem menſura nullo modo ad nos ptinebat quoꝝ vita breuiſſima eſt. Et in tantum eſt tardus motus fixarum ſtellarum ꝙ qbuſdam nullum videntur hr̄e motum preter motum raptus quo mouentur ad motum primi mobilis cum toto reliquo celo. Poſt ſtellatum celum ſequūtur celi ſeptem planetarum quorū motus ſunt iam minores: ⁊ p quēlibet illorum poterant computari tempora noſtra. nulla tamen gens computauit vnquā aut computat tempora ſua per aliquē de planetis niſi per ſolem ⁊ lunam: aut per alterum eorū. ⁊ hoc propter multa. ¶ Primo q2 vt ſupra poſitū eſt mēſura debꝫ eſſe determinata ⁊ cognita. nam iō eſt menſura vt per eam cognoſcantur ⁊ determinentur quātum ad ſuam quātitatem ea que alr̄ erāt ignota. ⁊ tn̄ inter planetas nulli ſunt totaliter ⁊ generaliter cogniti niſi ſol ⁊ luna. ceteri autē quinqꝫ planete vix cognoſcuntur ab aliquo niſi a peritis in aſtrologia. iō non debuit menſura cōmunis ⁊ vulgaris tpis eſſe per id qđ vulgo totaliter ignotum erat. Sunt autem ſol ⁊ luna cogniti ⁊ ceteri incogniti propter magnitudinem corporum. ideo vocantur in ſacra ſcriptura iſta duo luminaria magna Geñ. 1. ſ. propter corpora. Ceteri autem quinqꝫ planete parui corpore ſunt. vnde ſm magnitudinē non videnē differre a ſtellis fixis: ſed eiuſdē lucis ⁊ magnitudinis videntur. ¶ Si autem obijciat quis ꝙ luna eſt minor ꝙ̄ ceteri planete: eo ꝙ quilibet ceterorū eſt maior tota terra. luna autem eſt minor ꝙ̄ terra trigintaſex vicibus vt demōſtrant aſtrologi. ¶ Dicendum ꝙ hoc tenet quātum ad veram magnitudinē ipſorū corporū vt pꝫ per Alfraganū ⁊ Ptolemeum: ⁊ tamē q̄tum ad apparentia luna maior eſt omnibus aſtris preter ſolem. apparentia autem eſt ſm quam nos mouemur: ⁊ non ipſa veritas magnitudinis: cum diſtantia inequalis planetarū a nobis faciat apparere ineq̄les contra veritatem. ſ. eſſe maiores eos qui minores ſunt. Secundo ſit hoc propter differentiam ſplendoris: q2 nulli planete ſunt tanti ſplendoris ſicut ſol ⁊ luna ceteri autem in comparatione horum obſcuri ſunt. Nam ſolum ſunt tria corpora in celo que faciunt vmbram. ſ. ſol: ⁊ luna: ⁊ venus vt oſtendit doctrina aſtro-

EE Januariꝰ poſitus ē a Numapōpilio. 11. mēſis ⁊ februarius. 12.

A Tps cātur p motū pmi mobilis naꝫ ipſū eſt tpis mēſura. 4. phy.

B Motus none ſphere ſeu primi mobilis ē origo cuiuſcūqꝫ motꝰ.

